

Incipio est inter principia quod, non inter principia quo. S. Thomas vero dum dicit, amorem procedentem a Verbo, supponit eam quae prius dixerat, nempe inter Verbum, & amorem dari relationem originis: appropinquat autem relationem originis ad principia secundum principia, & secundum quod est in principia: Verbum autem, ut Verbum non nominat rationem principii, nec ex sua natura refertur ad amorem, sed ad dicentem. Unde Verbum, & amor in divinis essent una ac rellis Persona, si Verbo non jungeretur relatio spirationis activae.

S. II.

Secundae rationes solvuntur.

XVI. Primo obijcit Frassen S. Augustinum lib. 5. de Trinit. cap. 14. qui proferens rationem, ob quam Spiritus sanctus non sit Filius, ait: exit enim, non quemodo natus, sed quemodo datus: & ideo non dicitur Filius, qui nec natus est, sicut Unigenitus. Secundo, S. Gregorium Nyssenum laudatum a Belesione in tractatu, pro unione (ex lib. i. in Evangel. nondum latine edito) ubi de Spiritu sancto: distinguatur (inquit) sua proprietate, qua est quod, nec Unigenitus ex Patre procedit, sed quod per ipsum Filium sit manifestus. Tertio, Anselmum tractu de process. Spiritus sancti cap. 2. ubi ait, quod Filius: ideo non est Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus est Filius: quia Filius nascendo habet esse a Patre, Spiritus sanctus autem, non nascendo, sed procedendo. Et cap. 3. Alii sunt ad invicem per hoc, quod dicitur, ut pater, qui alter nascitur, alter vero procedit: & ideo cum nascitur unus non est cum eo natus ille, qui per hoc est alius ab eo, quia non similiter nascitur, sed procedit: Et cum unus procedit, nequit ille simul procedere, qui per hoc est alius ab illo, quia non similiter procedit, sed nascitur. Ubi cap. 4. concludit: Si per alium non essent plures Filii, quia aliter nascendo, aliter essent procedendo. Unde ait Belesione, quia aliter nascendo, aliter essent procedendo. Unde ait Belesione, quia aliter nascendo, aliter essent procedendo. Unde ait Belesione, quia aliter nascendo, aliter essent procedendo.

XVII. Respon. S. Augustinum nobis non esse contrarium. Nam dicendo, quod Spiritus sanctus exit, non quemodo natus: sed quemodo datus, supponit, eum dari non a Patre solum, sed etiam a Filio. Unde lib. 15. de Trinitate, cap. 26. & 27. docet, Spiritum sanctum ideo non esse natum, quia a duobus procedit.

Ad Nyssenum dico, Spiritum sanctum distingui sua proprietate, ut tamen accepta a Patre, & a Filio: non enim possit Filium manifestare, nisi esset ab illo. Quare praefati Patres loquuntur de Spiritu sancto, qui modo est, & includit processionem a Filio, non de Spiritu sancto, qui in hypothesi a Filio non procederet.

Ad Anselmum in primis dico, hunc Patrem non adeo aperte sine sententia patrocinari, ut putat Frassen: Et enim Scotus ipse in 2. dist. 2. qu. 2. Anselmum (inquit) adducitur Anselmi lib. suo de processione Spiritus sancti: sed quia ipsum adducunt utique pro se; & in altero magna de intentione ejus, qua fuit: ideo hoc nota nullum circa intentionem ejus commorari. Dubia est ergo, non aperta hac in causa S. Anselmi mens: nec Urbanus Anselmi doctrinam approbans Scoti doctrinam (ipso Scoti teste) desinisse visus est.

S. Thomas quae. 10. de potentia art. 5. ad 4. praellate auctoritate Anselmi sic respondet: Dicendum, quod id, quod dicit Anselmus, quod Filius & Spiritus sanctus per hoc solum ad invicem distinguuntur, quod diverso modo procedunt, est omnino verum. Sed sicut ostensum est, diverso modo procedere non possunt, nisi Spiritus sanctus a Filio, esse. Unde remoto, quod Spiritus sanctus sit a Filio, omnino distinctio Spiritus sancti remaneret. Est autem intentio Anselmi lib. de process. Spiritus sancti prius ponere ea, in quibus nos convenimus cum negantibus Spiritum sanctum a Filio esse, qui tamen Spiritum sanctum a Filio dicitur distinguere. Unde verba praedicta Anselmi inducuntur magis, ut disputativa suppositio, quam veritatis definitio. Ac si ad hominem arguens Graecos Anselmus diceret: Vos conceditis Spiritum sanctum distingui a Filio, quia diverso modo procedit: atqui si non procederet a Filio, diverso modo non procederet: ergo si non procederet a Filio, diverso modo non procederet: ergo ut salvetur distinctio Spiritus a Filio, necesse est, ut fatemini, eum ab illo procedere.

XVIII. Respondet etiam potest ex eodem S. Doctore 1. par. qu. 36. art. 2. ad 7. ubi eadem Anselmi auctoritate sic respondet: Spiritus sanctus distinguatur a Filio in hoc, quod origo unius distinguitur ab origine alterius: sed ipsa differentia originis est per hoc, quod Filius est solum a Patre; Spiritus sanctus vero a Patre & Filio. Non enim aliter procederet distinguatur. Quare diversitas modi procedendi Spiritus sancti a Filio essentialiter in hoc fundatur, quod iste a solo Patre, ille a Patre & Filio originem trahit: non enim procederet ut Spiritus ut datus, ut donum, nisi ex duorum amore.

XIX. Obijciunt secundo, si Spiritus sanctus procederet a Filio, & non a Patre, adhuc realiter a Patre distingueretur, & tamen a Patre non oriretur: ergo a pari si procederet a Patre, & non a Filio, adhuc a Filio realiter distingueretur.

Confirmatur. Spiratio passiva nunc, & de facto non identificatur paternitati: ergo nec tunc identificaretur Filiationi. Ant. patet. Nam paternitas, & spiratio passiva constituunt duas Personas realiter distinctas. Conf. prob. non alia ratio-

ne paternitas, & spiratio passiva distinguuntur, nisi quia distat: sunt, & impossibiles; paternitas enim non opponitur relative spirationi passivae, sed tantum Filiationi: at in casu filiationis & spiratio passiva essent relationes disparatae, & personales; ergo quavis relative relatione originis non opponeretur, realiter distingueretur.

XX. Respondetur primo cum Ferraribus in 4. contra Gent. cap. 24. dist. antequam distinguatur solum in Persona, nego ant. in Persona & natura, conc. ant. Si enim Pater nullo modo spiraret, aut produceret Spiritum sanctum, nulla relatione originis referretur ad Spiritum sanctum: & cum nec etiam paternitate ad ipsum relative dicitur, nullo modo posset ab ipso relative distingui, quae est propria distinctio divinarum Personarum. Sequitur autem, quod a Spiritu sancto essentialiter distingueretur, & sic Spiritus sanctus non esset Deus. Nam cum Spiritus sanctus non possit esse idem, quod Pater, alioquin generaret Filium, sicut Pater, nec ab eo relative distingueretur; sequitur, quod essent per absolute distincti.

XXI. Respondetur secundo communi responsione, dist. min. a Patre non oritur immediate, conc. min. mediate, nego min. Si enim Spiritus sanctus oriretur a solo Filio, saltem mediate oriretur a Patre, quia non oriretur a Filio, nisi per spirationem accepta a Patre, & sic saltem mediate opponeretur spirationi accepta a Patre, & sic filio mediate opponeretur cum Patre. At si oriretur a solo Patre, nec oriretur mediate a Filio, nec cum illo opponeretur adhuc mediate, & sic nullum esset fundamentum personalis distinctionis.

XXII. Nec dicas, essentialiter divinum dare Patrem paternitatem, nec tamen opponi adhuc mediate Filio; ergo similitudo esse Patris det Filio virtutem spirativam, non opponatur mediate etc.

Nam discrimen est: quia essentia divina dat paternitatem, non per realiter processionem, & oppositionem cum Patre, sed solum per virtutem emanationem: at Pater det Filio spirationem activam per eam processionem, & oppositionem cum illo, atque ideo cum mediate oppositione cuiuscumque a Filio procedenti. At essentia divina, sicut immediate non opponitur Patri, sic nec mediate opponitur procedenti a Patre, quia oppositio mediata cum uno, debet superponere oppositionem immediatam cum alio, ratione cuius mediate opponitur illi.

XXIII. Ad Confirmat. nego conseq. ad cuius probat. nego maj. non enim modo paternitas, & spiratio passiva distinguuntur, quia disparatae sunt, sed quia persona, quae Pater est, identificat sibi spirationem activam, qua opponitur spirationi passivae, si vero Spiritus sanctus non procederet a Filio, & Filius nec ratione Filiationis, nec activae spirationis opponeretur Spiritui sancto, ac proinde non distingueretur, realiter, sed ad summum formaliter.

XXIV. Obijciunt tertio. Filiatio facta realiter distinguitur a Spiritu sancto: sed filiationi non opponitur realiter cum Spiritu sancto, sed cum Patre; ergo distingui sola oppositione disparata.

Respondeo primo ex Div. Thom. qu. 10. de potentia art. 5. ad 13. dist. min. nec Spiritus sanctus opponitur relative Filio, nego min. & Spiritus sanctus opponitur etc. conc. min. Licet (inquit S. D.) filiationi non opponatur relatio processionis, tamen procedens opponitur relatio Filio, qui videlicet a Filio spiratur, & procedens; quod si a Filio non procederet, nec Filiationi opponeretur processionem, nec procedens opponeretur Filio, & sic non distingueretur ab eo.

XXV. Respondeo secundo communi solutione, dist. min. non opponitur relative formaliter, & immediate, concedo min. sic enim Filiationi opponitur cum solo Patre. Connexive, nego min. Filiatio enim, esto non sit ratio referendi Filium ad Spiritum sanctum, illi tamen relative opponitur duplici titulo. Primo, quia radice spirationem activam, quae est ratio referendi Filium ad Spiritum sanctum. Secundo, quia est ratio constituens personam, quae ad Spiritum sanctum refertur: forma autem constituens personam, quae refertur, debet realiter distingui a termino relationis.

XXVI. Sed replicabis. Filiatio sic sola est constitutiva personae Filii: ergo sic sola est distinctiva illius a persona Spiritus sancti, quia idem est distinctivum, ac constitutivum.

Confirmatur. Spiratio activa advenit personae Filii jam constitutae in esse personae per filiationem, ergo advenit illi jam distinctae in esse personae, ergo eam supponit personam distinctam a persona Spiritus sancti: & proinde si spiratio activa removeatur a Filio, remanebit persona a Spiritu sancto distincta.

XXVII. Respondet dist. conseq. distinctiva illius reali distinctione, nego consequentiam; formalis distinctio, & quasi specificae, conced. conseq. non enim in Deo est distinctivum reale, nisi ubi datur realis origo unius ab altero, quae in hypothese inter Filium, & Spiritum sanctum non esset. Quare posset negari suppositum consequentis, nempe quod Spiritus sanctus in ea hypothese esset alia persona a Filio, quod probari debuerat; non supponi.

XXVIII. Ad Confirmat. dist. consequens, advenit illi jam distinctae etc. a suo correlativo, nempe a Patre, conced. conseq. a quocumque alio sibi non correlativo, sed disparato, nego conseq. Axioma illud: idem est constitutivum, ac distinctivum in relativis cum restrictione accipiendum est, nimirum, idem sit constitutivum, ac distinctivum reale a suo correlativo, sed non a quocumque alio disparato etc. de genere re- ergo filiationi, quae constituit personam Filii sic de genere relativo: & habet pro suo correlativo Patrem, non vero habitum pro correlativo Spiritum sanctum: distinguit quidem Filium personam a persona Patris, non tamen personam Filii a per-

a Persona Spiritus sancti, nisi radice in Persona Filii spirationem activam, qua opponitur Spiritui S. Sicut enim paternitas, quae constituit Personam Patris, distinguit illam quidem a Persona Filii, quae est ejus correlativum, non tamen a Persona spirante: ita filiationi, quae constituit Personam Filii distinguit illam quidem a Persona Patris, quae est ejus correlativum, non eam distingueret a Persona spirata, si ad istam non referretur relatio originis, sed mere disparata se haberet.

Ello autem relatio in creatis non distinguit personam, sed personam jam distinctam advenit, quia in creatis persona est de genere absoluto, & relatio accidentis est. In divinis tamen, ubi Persona est de genere relativo, & relatio substantialis est, bene potest immo necessario requiratur ad distinguendum unam Personam ab alia.

XXIX. Obijciunt quarto. Filius ex vi suae processionis est genitus, & hatus; Spiritus sanctus ex vi suae processionis est spiratus, & datus: sed eadem Persona nequit esse spirata, & nata; ergo etc.

Urgent hoc. Termini disparatae se habent, licet ab eodem principio procedant, realiter invicem distinguuntur, ut patet in duobus fratribus: sed in hypothese Filii, & Spiritus sanctus essent duo termini disparati procedentes a Patre; ergo etc. XXX. Resp. dist. min. eadem Persona formaliter, nequit etc. conc. min. eadem Persona realiter, subdivinguo: si Persona spirata oriatur a Persona genita, conc. min. si non oriatur, nego min. in casu ergo, quod Spiritus sanctus non oriatur a Filio, Filius & Spiritus sanctus essent eadem realiter Persona, quae sub una formalitate esset genita, & sub alia spirata. Et in hoc casu spiratio passiva non esset proprietates constitutiva Personae, aut personalis; sed esset proprietates Personae jam constitutae, sicut respectu Patris spiratio activa.

XXXI. Ad id quod urgeat, dico, maj. esse veram in creatis, ubi distinctio oritur ex limitatione: quia scilicet unum disparatum non habet esse, & perfectionem alterius: secus in divinis, ubi tota ratio distinctionis est oppositio relativa, cuius fundamentum est sola ratio originis unius ab alia. Ut enim docet D. Th. q. 10. de pot. 2. s. 2. si quis proprietatem divinam naturam consideret, impossibile est, in Deo esse pluralitatem, nisi per hoc quod ab alia oriatur, nulla unquam modo per hoc quod ab alio oriatur ab uno. Et hoc sequenti ratiocinio demonstrat. Quae enim distinguuntur, vel distinguuntur ex aequo, sicut duo individua naturae materialis, ex aequo participantia naturae speciei, distinguuntur per divisionem materiae: & hoc certe modo non distingueretur Persona nata a Persona spirata. Vel distinguuntur secundum formam, sicut res immateriales; & sic est impossibile, quod quae sic distinguuntur se habeant ex aequo: quia cum species valentur, sicut numeri per additionem, vel subtractionem unitatis; ita per additionem, vel diminutionem perfectionis, inter ea, quae distinguuntur specie, vel secundum formam, dari debet ordo majoris, vel minoris perfectionis. Et hoc modo nec posset distingui Persona genita a spirata: alia una esset imperfectior alia: Cum autem (concludit S. Thomas) in divinis non possit esse ordo perfectionis, ut Ariani poluerunt, dicentes, Patrem Filio esse majorem, & utrumque Spiritu sancto, velinquitur, quod pluralitas in divinis Personis esse non possit nec intelligi, nisi secundum unam originem unius solum, ut scilicet Filius sit a Patre & Spiritus sanctus a Filio. Si enim Spiritus sanctus non esset a Filio, ex aequo resisteret Patrem quantum ad originem: unde vel non esset una Persona, vel esset ordo inter eos perfectionis secundum Arianos, vel esset inter eos materialis distinctio, quod est impossibile. Videtur quare S. D. 4. contra Gent. cap. 24.

XXXII. Sed dicas. Eadem Persona non potest duplici actione adequata produci: sed generatio & spiratio sunt duae actiones adequatae; ergo etc.

Ad hoc jam dictum est supra, quod licet idem terminus

nequeat terminare duas actiones adequatas ejusdem rationis, & sub eadem ratione producentes, non tamen duas actiones diversae rationis, & sub ratione diversae producentes, qualis est generatio, & spiratio; ut consideranti patet.

Addo (inquit S. Thomas in 4. contra Gent. citato) oportet tunc dici, quod secundum differentiam voluntatis, & intellectus distinguuntur in Deo Patre duae processionem, & duo procedentes: sed voluntas, & intellectus in Deo Patre non distinguuntur secundum rem, sed solum secundum rationem. . . sequitur igitur quod duae processionem, & duo procedentes differant solam rationem. Et vere quae solum ratione differunt, de se invicem predicantur, verum est enim dicere, quod divina voluntas est intellectus ejus, & e converso: verum ergo erit dicere, quod si non procederet a Filio) Spiritus sanctus est Filius, & e converso, quod est Sabelliana impietas. Non igitur sufficit, ad distinctionem Spiritus sancti, & Filii dicere, quod Filius procederet per modum intellectus, & Spiritus sanctus per modum voluntatis, nisi cum hoc dicitur etiam, quod Spiritus sanctus sit a Filio. Immo prosequitur S. Thomas: Ex hoc ipso quod dicitur, quod Spiritus sanctus procedit per modum voluntatis, & Filius per modum intellectus, sequitur quod Spiritus sanctus sit a Filio, non amor procedit a Verbo, eo quod nihil amorem possimus, nisi verba cordis illud concipiamus. Et propterea si Spiritus sanctus non procederet a Filio, sequeretur utrumque contradictorium, nempe quod procederet per voluntatem, & non procederet: procederet processionem diversam a processionem Filii, & non procederet: quia ut docet D. Th. q. 10. de pot. art. 5. ad 8. Processiones in divinis non possunt esse diversae, nisi per hoc, quod unus procedentium est ab alio.

Respondet potest secundo, quod esto idem terminus creatus nequeat duplici actione adequata produci; bene tamen idem terminus increatus, Et in hoc argumentum: Nam sicut in creatis duae actiones adequatae petunt terminos realiter distinctos: sed in Deo generatio, & spiratio solum virtualiter distinguuntur: ergo habent terminum non realiter, sed virtualiter, aut saltem formaliter solum distinctum.

Tandem non possum non mirari, quod Scotus in hac re adeo scrupulosus sit, ut impossibile iudicet, eandem Personam divinam esse capax terminandi duas actiones adequatas; cum tamen in Philosophia impossibile non iudicet, eundem effectum creatum divinitus a duplici causa adequata produci.

XXXIII. Ex haecenus dictis inferat, quod si Spiritus sanctus non procederet a Filio, non essent amplius tres Personae in Deo, sed duae tantum, Pater generans, & spirans, Filius genitus, & simul spiratus. Et sicut nunc una, eademque Persona est simul Pater, & spirator, sic, ut relatio paternitatis Personam constituit, relatio vero spirationis activae nullam Personam constituit, sed advenit Personae jam constitutae: ita tunc una eademque Persona esset Filius & spiratus, sic tamen, ut relatio filiationis constitueret Personam Filii, relatio vero spirationis passivae nullam Personam constitueret; sed personae Filii superveniret, essetque proprietates non personalis, sed Personae.

XXXIV. Quod si dixeris, Graecos salvare in Deo Trinitatem Personarum, etiam negent Spiritum sanctum procedere a Filio; Respondet S. Thomas quae. 10. de Verit. art. 5. ad 14. quod licet Graeci non confiteantur, Spiritum a Filio procedere, confitentur tamen, Filium esse aliquidmodo principium originis Spiritus sancti, ex hoc, quod dicunt Spiritum sanctum a Patre esse se per Filium, & Spiritum sanctum esse Filii, ut supponimus vidimus. Hoc autem in hypothese Scoti non admittitur.

His huic Tractatui optatum finem imponimus. Utinam haec ad majorem Augustissimae Triadis gloriam cessent, & animarum nostrarum profectum; ut, qui ejus mysterium sub velamine Fidei pro modulo hic scrutari visus, postmodum revelatae facie illud in Caelis contemplari, ejusque visione in aeternum beati.

# TRACTATUS OCTAVUS DE DEO CREATORE GENERALITER.



Qumus de processione Divinarum Personarum in Deo, quae est intra Deum, nunc agere incipimus de processione creaturam a Deo, (quae est ad extra, seu extra Deum) hoc praesertim primo ostendendo, Deum esse omnium creatorem, secundum tempus creationis, tertio modum creationis, & hoc cum Angelico nostro Magistro 1. 2. q. 44. g. 45. 46. 66. 67. &c.

qui Deum fuisse causam omnium negaverunt: ideo pro majori hujus veritatis firmitate, Deum omnium proferus, quae sunt, Conditorum statuemus, & insuper ea ex nihilo fecisse ostendimus.

D U B I U M I  
An Deus sit omnium rerum causa?  
S. I.  
Referuntur errores.

## QUESTIO I. De Processione creaturam a Deo, & modo processionis.

Quamvis ex dictis de Dei existentia, quam inter cetera ex ratione primi efficientis probavimus, constat omnia creata, a Deo, ut primo efficiente processisse: quia tamen etiam ex his, qui Deum admiserunt, aliqui non desierunt,

I. Simon Magus omnium haereseon pariter, inter alia blasphemavit, Deum non fecisse mundum, ut refert S. Augustinus lib. de haeres. c. 1. Ejus Discipulus Menander, etiam ipse Magus, Magistri sui errorem velut explicans, mundum asseruit, non a Deo, sed ab Angelis factum. Ita idem S. Augustinus c. 2, qui e. 3. in eundem errorem impiegebat. Simonianae labis in Syria propagatorum: dum ait a folie



a folis Angelis septem cordium fuisse mundum, preter scientiam Dei Patris. Quo eodem errore laborasse refert c. 5. Nicolaitas; cap. 7. Carpocratianos; cap. 8. Cerinthianos, omnes primi seculi heretici multas fabulas in mundi creatione intermiscerunt.

II. Saeculo vero tertio Manes Sedz Manichaeorum princeps, qui, ut superius diximus, duos Deos, unum bonum, alterum malum, commentus est, multa addidit fabulosa, & Deo indigna de mundi conditione, quae refert S. Augustin. in actis contra Fortunatum Manichaeum cap. 1. nimirum, Gentem quendam tenerarum adversus Dei regnum rebellasse; unde Deus videns, quanta labe, & vastitas immineret regni sui, misit virtutem (quam dicebat Dei animam) ex cuius commixtione eum malo, seu cum Gente tenerarum fabricatus est mundus. Hinc esse, quod hic anime bona laborant, fortissimae, & vanae, corruptantur, ut naturam habeant liberam, quae eis ab errore purgaret, & a fructibus liberaret: Ipsam tamen fabricam mundi Deo tribuere testatur idem Sanctus Augustinus lib. 3. oper. Imperf. contra Julian. cap. 186. dicens: Manichaeus ex commixtione duorum naturarum caeterarum, boni scilicet & mali, non solum hominem, sed universum mundum confectum dicit, & ad eum omnia pertinentia; ita sane, ut ipsam fabricam mundi, quomodo ex commixtione boni, & mali, Deo bono artifice tribuat; animalia vero & curia, quae nascuntur e terra, & ipsum hominem, opera esse dicat maligna mentis, quam Geni attribuit tenerarum. Volebat enim, animam primam a Deo lucis manasse, tamquam ipsius Dei partem, & naturam, & accepisse ipsam fabricam corporis, ut eam suo freno regeret: sed in homine praesertim deceptam, ac foedatam fuisse. Carnem autem quia videbat repugnantem spiritui, dicebat non esse a Deo lucis, sed a Gente tenerarum Deo bono contraria, nesciens distinguere inter substantiam, & vitium substantiae, carnem pro ut a Deo exivit, & carnem, qualis vitio suo facta est. Quod falsum est, hereticum est, blasphemum est (ait S. August. serm. 30. alias 13. de Verb. Apoll. cap. 3.) mentis & carnis non est artifex. Ipse quando hominem creavit, utrumque conjunxit: carnem animam subdidit, animam sibi, si semper illa fuerit sub domino suo, semper & ipsa obedire dominum suo.

III. Hinc erant quarto saeculo subscribere Priscillianistas in Hispania Gnosticorum, & Manichaeorum misera soboles, qui inter alias, referente S. August. lib. de heres. c. 70. carnis opificem non Deo bono, & vero, sed malignis spiritibus tribuebant, a carnis propterea cibis abhorrebant, conjugisque a viris, virosque a conjugibus, etiam nolentes, hoc superstitioso dogmate disjungentes, in alia turpiora nefandioraque crimina prolabantur. Sed infans demittamus.

Deum esse omnium Opificem semper creditit Catholicis Ecclesia, & nedum causam eorum efficientem, sed & exemplarem, ac finalem, ut statim dicemus.

S. II.

Prima assertio.

IV. Deo primo. Deus est causa omnium efficiens. Nihil apertius in Sacris Litteris, quae ab hac veritate exordium sumunt. ab principio (inquit Moyses Gen. 1. v. 1.) creavit Deus Calum, & Terram. Deus, ait, solus: non materia, non Angelis adiutus, ut Simon Magnus, Menander, alique superius relati somniantur. Calum: id est res omnes caelestes, etiam Angelos; & Terram, omnes felices res inferiores, quae subus Caelos sunt. Unde Ezech. 10. v. 11. Ite dicitur fuisse Dominus Calum, & Terram, mare, & omnia, quia creavit. Quod reperitur Psalm. 145. v. 1. Ad. 14. v. 14. & Apoc. 14. v. 7. Iste quoque 44. v. 24. Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens Caelos solus, stabilis terram, & nullus mecum. Ecclesiasticus 18. v. 1. Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul. Quod clare expressit septem Machabeorum mater 2. Machab. 7. v. 28. Peto nates, ut respicias ad Calum, & terram, & ad omnia, quae in eis sunt; & intelligi, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus.

Id etiam constat ex novo Testamento Joann. 1. v. 3. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ad Rom. 11. v. 36. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: & Act. 17. v. 24. Deum, qui fecit mundum, & omnia, quae in eo sunt.

V. Hanc veritatem quovis saeculo confessa fuit Ecclesia Catholica, quae in suis Symbolis, Apostolico, Niceno, Constantinopolitano, profertur se credere in Deum factorem Caeli, & Terrae, visibilium omnium, & invisibilium. Quod etiam in Lateran. IV. cap. Firmiter expressit dicens: Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, qui suis omnipotenti virtute, simul ab initio temporis, utrumque de nihilo condidit creaturam, spirituales, & corporales, angelicam videlicet, & mundanam &c. Idem statuerat Concil. Bracarense primum contra Priscillianistas anno 501. Can. 13. his verbis: Si quis dixerit, creationem universae carnis non opificem esse Dei, sed malorum Angelorum, sicut Manichaeus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Et S. Augustinus I. de Genes. ad litteram imperf. cap. 1. ita inquit: Trinitatem dici unum Deum, catholica disciplina dicit jubet: Ita ut creator omnia, sui intellectus, sui corporalis: vel, quod brevius dici potest secundum verba divinarum Scripturarum, sui invisibilis, sui visibilis, non de Dei natura, sed a Deo sit facta de nihilo.

VI. Porro Manichaeorum, Priscillianistarum, & aliorum ne-

gantium, naturas aliquas a bono Deo processisse, errorem ortum habuisse ex deceptione, quae nescientes distinguere inter naturam, & vitium naturae, vitium, quod inveniebant in rebus, in earum naturas resuscitabant; ideoque aliqua esse natura sua mala dicebant, docet nos D. Thom. opuscul. 5. non procul ab initio his verbis: Primus est error Manichaeorum, qui dicitur, quod omnia visibilia creata sunt a Diabolo. Et ideo Deo solum attribuitur creatio invisibilium. Et causa huius erroris est, quia isti Deum esse unum bonum, sicut & verum est, & omnia, quae a bono sunt, bona esse. Unde nescientes distinguere, quid sit malum, & quid bonum, crediderunt quod omnia illa, quae sunt atqueque mala, simpliciter essent mala: sicut ignis, quia visus dicitur ab eis simpliciter malus, & aqua quia lassiva, & sic de aliis. Unde quia nihil istorum simpliciter est simpliciter bonum, sed aliquantulum malum, & alicuius dicitur, quod visibilia omnia non sunt facta a Deo bono, sed a malo, contra hoc ponit Augustinus solo exemplum. Si quis intraret domum Fabri, & inveniret instrumentum, in quo impingeret, & lederet eum; & ex hoc raptores illum Fabrum malum, qui tunc talia instrumenta, sultus esset, cum Faber ea tenet ad bene suum. Ita sultum esse dicitur, quod pro hoc creaturae sine male, quia sunt in alio Deo. Non quod uni est nocivum, alteri est utilis. Hic D. Th. Quibus & Manichaeorum detegit errorem, & modum ministrat illum valide confutandi.

VII. Probat insuper D. Thom. veritatem hanc 1. part. q. 44. art. 1. sic: Quodvis est per participationem, debet esse causatum ab eo, quod est tale per essentiam, sicut quodvis est causatum per participationem, debet esse causatum ab igne, quod est calidum per essentiam: sed solus Deus est ens per essentiam, ideo in tota plenitudine essendi, quia est ipsum esse per se, & a se subsistens, ut superius probatum est, omne autem aliud a Deo debet esse per participationem; ergo omne aliud a Deo debet esse causatum a Deo.

Quae ratio in Manichaeos converti potest sic. Omnis natura a Deo distinda, est aliqua participatio entis; ergo bona, quia ens, & bonum convertuntur; ergo est a Deo per essentiam bono.

VIII. Porro cum dicimus, Deum esse ens per essentiam, non solum intendimus, quod ratio entis essentialiter conveniat Deo (sic, & homo, sicut est essentialiter animal, ita est essentialiter ens) sed intendimus, hoc praedicatum esse convenire Deo secundum totam amplitudinem, & plenitudinem essendi: unde aliud est dicere: Deum per essentiam esse ens, & aliud: Deum esse ens per essentiam, hoc enim significat, Deum possidere hoc praedicatum ens in tota plenitudine. Alias rationes poterit Studiosus legere apud D. Th. q. 2. de pot. a. 5. & l. 2. cont. Genes. c. 15. quae omittimus, cum superius argentes de existentia Dei teigerimus.

IX. Duo tamen nota pro solutione argumentorum. Unum, quod est ordo ad causam non intrat definitionem entis, cum inveniatur ens a nullo causatum: nempe Deus, consequitur tamen rationem entis participati; ex hoc enim; quod aliquid per participationem est ens, sequitur, quod sit ab alio causatum. Ita D. Th. hic, ad 1.

Alterum est, quod ea, quae necessario eveniunt, esto non indigent causa, quae indifferenter se habeant ad esse, & non esse: ea tamen indigent, quia non essent, nisi aliqua causa esset, quae faceret illa esse. Sic conclusiones, esse necessarium, non essent, nisi principia essent, ex quibus inferuntur. Ita S. D. loco citato ad 2.

Supraesse statueret etiam, materiam primam, ex qua omnia ista corporalia facta sunt, & consistunt, ab ipso productam fuisse. Sed quia de hoc agemus inferius contra Heremogenem, alioque cum Deo coeternam ponentes. Et qua cum & ipsa ens participatum fit, constat, & ipsam a Deo primo, & per essentiam ante produci indiguisse; ideo hoc omittimus pro praesenti.

S. III.

Secunda, & Tertia assertio.

X. Deo secundo. Deus est prima causa exemplaris omnium rerum. Probo ratione Div. Thom. hic art. 3. Deus est primus, & supremus artifex, quia sua sapientia cuique rei debet, ac determinatam formam praefixit, quique omnia in Universo debito ordine collocavit, & sapientissime regit: ergo oportet, ut in ipso addit rationes, seu exemplaria omnium, ad cuius imitationem omnia, & facta sint, & consistant. Si cutenim in artifice creato praefixerent debent idea, quam artefactum imitetur, ex qua determinatam formam accipiat, ne dicatur, casualiter, & praeter intentionem evenire: ita & multo magis in Deo praefixerent debent rationes, & ideae, quarum omnia ab ipso creata imitationes sint, & ex quibus determinatas formas non casualiter, sed ex praecocepta intentione recipiant. Sed quicquid in Deo est, Deus est; ergo Deus non solum habet, sed est idea, & causa exemplaris omnium rerum. Quae nihil aliud est, nisi sua essentia, ut diversimode participabilis; ideoque esto in Deo una omnium realiter sit ideae, & unum exemplar, multipliciter tamen rationes, & ideae secundum respectum ad res, quae divinant essentiam participant, & imitantur.

Quamvis autem nulla creatura possit pertingere ad similitudinem in specie cum Deo, potest tamen esse similitudo participativa rationis a Deo praecoceptae, quam imitatur; sicut domus, quae in materia exterior ponitur, est similitudo domus, quae est in mente artificis. Ita Div. Th. hoc art. ad primum. XI. Dico

XI. Dico tertio, Deus, seu divina bonitas est ultimus omnium rerum finis. Ita D. Th. hic art. 4. & probat ex illo Prover. 16. v. 4. Universa propter semetipsum operantur est Dominus. non quidem, ut aliquid sibi acquirat, quasi illi aliquid desit, sed ut se ipsum, suamque bonitatem, quam sibi intime identificat, aliis communicet. Et in hoc sensu Deus dicitur agere propter finem. Non quidem appetendo sibi finem, quasi non habeat, sed ut aliis communicet, & ut illa a se perducatur ad finem, quem amat, & summe possidet, nempe bonitatem suam, se ipsum. Conclusio sic explicata a D. Thom. probatur. Illud, quod primum agens intendit omnibus communicare, quodque omnia creata intendunt consequi, est finis omnium: sed divina bonitas est illa, quam Deus intendit omnibus rebus communicare, & quam omnes res creatae, ut possunt, intendunt consequi; ergo divina bonitas est omnium rerum finis. Minor prob. nam primo Agenti non convenit agere propter acquisitionem alicuius finis; ergo solum intendit bonitatem suam in alia effundere. Rursus inaneque creatura tendit ad huc perfectionis ademptionem: haec autem non est, nisi participatio perfectionis, & bonitatis divinae, ad quam quoque magis accedit, eo magis perfecta est.

XII. Aliam rationem proferit D. Thom. lib. 3. contra Gent. cap. 17. In omnibus finibus ordinatis operatur, quod ultimus finis sit finis omnium praecedentium finium: sicut si quis coquitur, ut dicitur agere; datur autem, ut purgaretur; purgatur autem, ut extenuetur; extenuatur autem, ut sanetur; sanatur, quod sanatus sit finis, & extenuationis, & purgationis, & aliorum praecedentium. Sed omnia inveniuntur in diversis gradibus bonitatis ordinata sub uno summo bono, quod est causa omnis bonitatis; ergo cum bonum habeat rationem finis, omnia ordinantur sub Deo, sicut species praecedunt sub fine ultimo. Operatur igitur, quod omnium finis sit Deus. Videatur alio D. Thom. rationes ibi, cap. 18.

XIII. Quapropter inepre erravit Origenes qui in libris Petrarcho, ut refert S. Hieron. epist. 59. nunc 94. ad Avianum, assererat, mundum hunc corporalem a Deo conditum fuisse, ut animabus, & Daemonibus, qui peccaverant, esset loco carceris, adeoque si cessaret peccatum, mundus iterum redigeretur in nihilum. Quem ob hoc mirari non cessat D. Augustinus lib. 10. de Civit. Dei cap. 23. his verbis: Mirum hominem in Ecclesiasticis litteris tam doctum, & eruditum, non attente primis, quam hoc esse contrarium Scripturae huiusque inferius: & vidit Deus, quod bonum est: completisque omnibus inferius: & vidit Deus omnia, quae fecit, & esse bona valde: nullam aliam causam facientem mundi intelligi voluit, nisi ut bona fierent a bono. Ubi si nemo peccasset, tantummodo naturae bonis esset mundus ornatus, & plenus: & quia peccatum est, non ideo causa sunt impleta peccatis: cum bonorum longe major numerus in caelestibus sua natura ordinem servet. Nec mala voluntas, quae natura ordinem servare voluit, ideo iusti Dei leges omnia bona ordinavit effugit. Quoniam sicut peccata cum colore nigro loco suo postea: ita universitas rerum, si quis possit inveniri, etiam cum peccatoribus pulchra est, quomodo per se ipsos consideratos sunt desiderata purpure.

Deinde postquam ostendit, quod si haec corpora ideo condita fuissent, ut essent ergastula animabus peccantibus, ex gravitate, vel levitate peccati debent anima graviore corpore includi, vel leviori, ut poena responderet merito: quod tamen falsum est, cum Daemonibus, qui gravius peccaverunt, aequum corpus (quod est levius per Origenem ipsum) sortiti sint. Hinc autem, & nunc licet malus, longe minoris, vitiosissimus malitia, & certe ante peccatum, tamen laetum corpus accepit. Deinde subdit: Quid autem stultus dicit per se, quam per ipsum Solem, ut in suo modo unus esset, non decori pulchritudinis, vel etiam saluti rerum corporalium consularis, vestigia Deum, sed hoc potius evanescit, quia una anima sic peccaverat, ut tali corpori mereretur includi.

XIV. Noto pro dictorum perfecta intelligentia, quod quamvis Deus sit omnium rerum finis, & sua bonitas, ut vera causa finalis comparetur ad res creatas, respectu tamen divinae voluntatis, & operationis habere non potest verum rationem finis: sed potius dicit debere, quod fit Deo ratio volendi, & agendi. Quod proba primo. Quia verus finis debet realiter distingui ab illis, quod ad ipsum ordinantur, & debet esse magis amabilis, quam illa: divina autem bonitas, nec realiter distinguitur, nec magis est, immo aequae, amabilis, ac divina operatio, Voluntas, Deus ipse. Hinc S. August. lib. 1. de Genes. contra Manichaeos cap. 2. Causa (inquit) voluntatis Dei sic querant, cum voluntas Deignimus quae sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas Dei, est aliquid quod antecedit voluntatem Dei, quod nefas est credere. Qui ergo dicit, quod fecit Deus Calum & Terram: respondendum est ei, quia voluit. Voluntas Dei causa est Calci & Terrae, & ideo maior est voluntas Dei, quam Calum & Terra. Qui autem dicit: quare voluit Deus facere Calum, & Terram: Major aliquid querit, quam est voluntas Dei: nihil autem majus inveniri potest.

Addo, quod tunc solum est causa intelligendi, & volendi aliud, quando diverso actu intelligit, & vult unum, ac alterum, quia idem non est causa sui ipsius. Sed in Deo sic ut intelligere causam non est causa intelligendi: ita velle finem non est ei causa volendi: ergo velle finem non est ei causa volendi ea, quae sunt ad finem: Ita D. Th. 1. q. 19. a. 5.

XV. Dicit tamen potest divina bonitas ratio volendi, & agendi: quia ut unum fit ratio alterius, non requiritur distinctio realis, sed sufficit distinctio virtualis, & rationem, quae inter divinum voluntatem, & voluntatem jure cogitari potest. Quare D. Th. citata q. 19. a. 2. ad 3. Cum Deus (in-

quit) alia a se non vult nisi propter suam, qui est sua bonitas, non sequitur, quod aliquid movetur voluntatem suam, nisi bonitas sua.

D U S I U M II.

An Deus fuerit causa omnium per creationem?

S. I.

Quid sit creatio?

I. Tripliciter sumi potest verbum creare, seu creatio. Primo late pro quacumque rei productione; sic Ecclesiast. 24. v. 14. sapientia dicitur ab initio, & ante saecula creata. Secundo creari dicitur, qui ad altiores statum evehitur, quomodo dicitur creari Episcopus, vel Cardinalis, & a Paulo Ephes. 2. v. 10. dicitur creari in Christo Iesu in operibus bonis. Tertio magis proprie, ut est totius ens ex nihilo productio, quomodo Palmo 148. v. 5. ipse mundus & creata sunt: & ita accipitur illud Genes. 1. in principio creavit Deus Calum & Terram, si bene consideratur, ut creatio cum ly in principio. Dicitur creatio totius entis productio, quia creatione tota rei substantia sic producit, ut nihil ejus praesupponatur, ad differentiam simplicis productionis, qualis est generatio, quae materiam supponit. Dicitur quoque ex nihilo, quod discriminatur productio, quae est ab universali agente ab ea quae est ab agente particulari, quod ita est ex non esse, & ex non alio: bona vero est ex non esse omnino, & absolute, ita ut nullum ens ei praesupponatur. Unde hoc a. 1. q. 45. prima parte concludit S. Th.: sicut igitur generatio hominis est ex non ente, quod est non homo; ita creatio, quae est emanatio totius ens, est ex non ente, quod est nihil.

II. Notat etiam D. Thom. laudato loco ad 3. quod cum dicitur aliquid ex nihilo fieri, hoc praesuppositio ex non designat causam materiale, sed ordinem tantum. Sicut cum dicitur ex mane fieri merities, id est post mane fieri merities. Notat rursus, quod praesuppositio ex, vel potest includere negationem importatam in hoc, quod dico nihil, vel includi a negatione. Si primo modo, tunc ordo remanet affirmatus, & ostenditur ordo ejus, quod est ad non esse praecedens, & ostenditur ordo ejus, tunc ordo negatur: & est sensus: sic ex nihilo, id est non sit ex aliquo, sicut si dicitur: ipse loquitur de nihilo, quia non loquitur de aliquo. Hinc fit mundus esse aeternus, etiam ex nihilo hoc modo, non primo.

III. Patet etiam, cur generatio Filii Dei non sit creatio, nempe, quia Filius Dei est coeternus Patri, nec in eo adhuc secundum modum concipiendi sit ordo successivus post nihil; sed etiam, quia dicitur eum produci ex nihilo, id est non ex aliquo, cum sit productus de aliquo, nempe de substantia Patris, quae est secundum rem non praesupponatur Filio, illi tamen praesupponitur secundum modum intelligendi, iuxta D. Thomae estatum 1. p. q. 33. a. 3. ad 1. communia absolute dicta secundum ordinem intellectus nostri sunt priora, quam propria.

S. II.

Resolvuntur errores.

II. Veteres Philosophi impossibilem esse creationem existimant. Unde eorum axioma: ex nihilo nihil fit. Ad istos convertit Heremogenes, contra quem Tertullianus lib. VIII edidit, putavit, mundum ex praegestante materia factum fuisse, quae non esset a Deo facta, sed Deo coeterna. Unde Tertullianus lib. contra Heremogenem c. 1. A Christianis (inquit) convertis ad Philosophos de Ecclesia in Academiis, & Periculis, inde sumpsit a Stoicis materiam cum Dominis potere, quae ipsa semper fuerit, neque nata, neque facta, nec initium habens nec finem, ex qua Dominus omnia posset fieri.

V. Dicebat enim, referente eodem Tertulliano ibi a. 2. Deus, aut de semetipso fecit cuncta, aut de nihilo, aut de aliquo. Non ea fecit de semetipso, alias quocumque fecisset, partes ipsius fuissent, quod est contra Deum naturam indivisibilem, ac indemutabilem, quae idem semper omnino fuit, qui modo est. Rursus, si quae Deus fecit aliquid Deo fuit, ea quae fierent, ex parte fierent, ex parte non fierent: fierent, ut supponitur; non fierent, nam ex ea parte, quae aliquid Dei sunt, non fierent, quia semper fuissent. Quod si dicas, ea quae sunt non esse partem Dei, sed totum Deum: urgebat; ergo Deus, & totus erat, ut faceret semetipsum, & totus non erat, ut fieret de semetipso.

Quod vero quae fecit, non fecerit ex nihilo, probat sic. Deus cum bonus sit, & optimus, omnia quae sua voluntate, & arbitrio facit, bona, & optima facere vult, sicut ipse est. Cum ergo in Mundo aliqua mala sint, haec non arbitrio suo facit, sed ex vitio alicuius alicuius factum est, nempe ex materia, quae praesisteret. Tum etiam, quia Deus sicut semper fuit Deus, ita semper fuit Dominus; ergo debuit semper aliquid esse, cuius Deus esset Dominus; non enim potuisset semper Dominus esse, nisi aliquid retro semper fuisset, cuius semper Dominus haberetur. Cum ergo non semper fuerit mundus, fuit semper cum Deo materia, ex qua, ut supra voluit, fecit mundum. Ita ratiocinabatur Heremogenes.

VI. His respondet Tertullianus, concedendo, Deum ea quae fecit, ex semetipso non fecisse, non tamen de materia ipsi coeterna, & ab eo non facta, sed ex nihilo. Ad rationes ipsius dicit; & primo quidem ad hanc secundam cap. 3. Deum



Deum quidem semper fuisse Deum, non tamen semper Dominum: quia Deus, substantia ipsius, id est divinitatis, qua existit in semetipso, nomen est. Dominus vero, non substantia nomen est, sed potestatis. Solum ergo, ex quo esse ceperunt, in qua potestas Domini ageret, quae illo peractionem potestatis, & factus, & dictus est Dominus. Nam Deus, etiam iudex est, non tamen iudex semper, quia Deus semper. Nam nec iudex esse potuit ante delictum. Hoc nobis attestatur Scriptura, quae dum describit Deum creatorem mundum, vocat eum Deum, quod fuit semper: In principio creavit Deus, fecit Deus, vidit Deus, & solum ubi universa perfecti, tunc ei Domini nomen adiecit; Et accepit Deus hominem, quem finxit.

Inde retorquet argumentum adversus ipsum. Nam materia, quam supponit Hermogenes Deo coeternam, non fuit nec a Deo nata, nec ab eo facta; ergo in eam non potuit ab aeterno exercere dominium. Si enim natura aeterna; ergo erat Deus: quis magis proprius Dei character est, quam aeternitas? ergo dum ponit materiam Deo coeternam, eam ponit alium Deum, in quem Deus dominium non habet. Quomodo enim illius materiam Deus Dominus est, si illa impedire potuit, ne omnia Dei opera essent bona, & optima, sicut ipse Deus, sed vicio suo ea coinquinavit?

VII. Ex dictis rursus prima Hermogenis ratio, qua ponit, ideam materiam Deo coeternam, ut ab ipsa effluerent mala. Hoc enim est deus ponere, unum bonum, & principium bonorum, alteram malum, & principium malorum. Hoc insuper est facere Deum deservire materiam, & materiam dominari Deo, principium malum principio bono, si ab ea necessitatur, ut sint mala, quae suo arbitrio, & voluntate, quia bonus est, non fierent. Vel enim Deus bonus potuit impedire, ne ex materia mala evenirent, vel non potuit. Si potuit operari independentem a materia, & sic ex nihil omnia facere: si non potuit, qualis esset Deus, qualis Dominus, qui ob alterius existentiam, quam vincere non potest, necessitatur, ut fieri sint mala, quae fieri nosset, quia bonus? Dicatur ergo, omnia a Deo facta esse, & omnia bona, & haec aliqua naturae particulari mala dicantur, absolute tamen in se bona sunt, & quia entia sunt, & quia universi pulchritudini ferviunt; & quia ex eis alia maiora bona elicit Deus.

VIII. Hermogene devotio: quis ille fuerit, scilicet, dicam, quae ex Baronio ad eum. 80. ubi. 1. ex quo describitur Cave in his litteris ad eundem annum, excerptis. Hermogenis Patris incerta, esse quidem eum fuisse Afrum existiment. Docuisse in Africa certum est. Professionem Pictor, vel saltem studio, arem hanc exercuit, adhuc dum esset Christianus: vixit saeculo secundo, circa annum 170. quare doctrinam ejus novellam vocat Tertullianus lib. adversus Hermogenem cap. 2. Immo Tertulliani etate adhuc superstes erat, ait ibid. Natura turbulenta, loquax, impudens, maledicus. Forte ut adulareretur M. Antonino Imperatori, qui Stoicam sectam professebatur (putat Baronius) a Christianis ad Stoicos conversus, ex eorum Schola in Ecclesiam invahere coactus est de materia ingenua errorum, factus haereticus, ex qua, non ex nihil, omnia facti dicebat, unde sequaces ejus materialiter dicti sunt. Huc errori alios adiunxit, nimirum Christi Corpus in Sole depositum fuisse ex illo Platini est in Sole positum reternaculum suum. Demones etiam in materiam refundendos. Libidini deditus legem Dei in libidinem defendebat. Ex Hermogenis haeresis ortam fuisse sectam Manicheorum docet Gregorius Nyfenus.

Porro quia Philastrius haeres. 15. & Sancti August. haeres. 59. Hermogenem cum Sabellianis enumerant, censent aliqui, eum fuisse tempore posteriore, nempe post Sabellium saeculo tertio eruptisse. Sed nisi dios confingamus Hermogenes, constat ex Tertulliano, auctorem haeresis, quam impugnavit, secundum saeculo vixisse. Sed de hoc fati.

S. III.

Aferrio Galolica.

IX. Deo. Deus ex nihilo omnia creavit. Id testatur Sacra Scrip. Gen. 1. In principio creavit Deus Caelum, & Terram, super quae Div. Aug. lib. de Gen. imperfecto cap. 1. Hanc ergo (inquit) Trinitatem dei unum Deum, cum quo scilicet, & creasse omnia quae sunt; in quantum sunt, catholica disciplina credit habet, in ut creatura omnia sua intellectualis, sive corporalis. . . non de Dei natura, sed a Deo sit facta de nihilo.

X. Probatur ratione Div. Thom. hac q. 45. art. 2. Quicumque facit aliquid ex aliquo, illud, ex quo facit praesupponitur actioni ejus, & non producitur per ipsam actionem; ergo si Deus non ageret nisi ex aliquo praesupposito, sequeretur, quod illud praesuppositum non esset causatum ab ipso: nam si ab ipso esset causatum, vel hoc esset eadem actio, vel diversa: non eadem: quia huic praesupponitur: non diversa: quia haec, vel illud causaret ex nihilo, & sic daretur creatio: vel ex aliquo, & de hoc idem queri posset. Quare, vel in infinitum abundum esset, vel tandem admittenda productio ex nihilo, vel afferendum, illud, ex quo Deus res fecit, non esse productum a Deo, sed nec lignum, ex quo artifex facit scammum ab artefacto productum, sed productum supponitur. Ant. explicatur a Div. Thoma exemplo artificis. Dum enim artifex ex rebus naturalibus, ut ex ligno, & zirc aliquid operatur, haec per actionem artis non causantur, sed actione naturae ea causata supponuntur; & natura ipsa dum

causat res naturales quantum ad formam, non causas tamen, sed praesupponit materiam, ex qua illas causat.

Porro talis non est Deus (inquit) Sanctus Augustinus lib. de Gen. contra Manich. cap. 6. non enim debemus esse similes illis, qui, omnipotentem Deum non credunt aliquid de nihilo factum posse, cum consisterent faber, & qualiter opifex non possit aliquid fabricare, nisi habuerint unde fabricent. Ex ligno enim artificem, & extra figulum adjuvant, ut possit perficere opera sua. Si enim non adjuvarentur a materia, unde aliquid facerent, nihil possunt facere, cum materiam ipsi non faciant. Non enim lignum facit, sed de ligno facit aliquid; sic & ceteri omnes humani opifices. Omnipotens autem Deus nulla re adjuvandum erat, quam ipse non faceret, ut quod volebat efficeret. Si enim ad eas res, quas facere volebat, adjuvabat eum aliqua res, quam ipse non faceret, non erat omnipotens, quod sacrilegium est credere.

XI. Probatur secundo ratione ejusdem S. Doctoris 1. p. qu. 44. art. 4. Si Deus non est nihil, sed ex aliquo fecisset mundum, maxime ex materia praesupposita productioni mundi: sed hoc est falsum; ergo &c. Min. probatur. Ego agens particulare, quod producit ens, in quantum est tale ens, debet producere solum formam determinativam materiae ad eam speciem entis; agens tamen universale, quod est causa rerum in quantum sunt entia, vel rerum non solum ut sunt haec, & ut talia entia, sed ut absolute sint entia, illas debet causare, non solum secundum quod sunt tales per formas accidentales, sed substantiales, sed etiam secundum omne illud, quod pertinet ad esse illarum, seu quod requiritur, ut sint entia conditionata a nihilo: sed Deus est agens universale produdens res non solum ut sint in tali, vel tali specie entis, sed absolute ut sint extra nihil, ergo illas debet causare &c.

XII. Confirmatur ex eodem S. Doct. qu. 3. de pot. art. 1. Ideo causa creata naturalis non producit totum quod est in re, quia non agit secundum se totam, sed agit per formam suam, per quam est in actu determinata specie, & quia nulla res naturalis claudit in se actus, & perfectiones omnium rerum, quae in actu ponuntur: Sed qualiter illarum habet actum determinatum ad unum genus, & ad unam speciem; & ipse est, quod nulla eorum est activa entis secundum quod est ens: sed hujus entis, secundum quod est hoc ens determinatum in hoc vel illa specie; nam agens agit sibi simile: atqui Deus est totaliter actus, & in comparatione sui, quia est actus purus non habens potentiam potentiam, & in comparatione rerum, quae sunt in actu, quia in eo est omnium entium origo; ergo per suam actionem producit eorum ens subsistens nullo praesupposito, ut patet quod est ens esse principium, & secundum se totum: & propter hoc ex nihilo aliquid facere potest.

XIII. Hanc veritatem, teste Div. Thom. lib. 8. Physic. lect. 2. est non omnes, aliqui saltem ex Philosophis, praesertim Plato, & Aristoteles agnovissent. At enim: Antiqui naturales non putaverunt provenire ad causam primam totius esse, sed considerabant causas particularium mutationum. Postquam vero ut Platon, & Aristoteles presensunt ad cognoscendum principium totius esse. Ita Div. Thomas. Qui hoc probaverat ex eo, quod Aristoteles in secundo Metaphys. docuerat, quod id quod est maxime verum, & maxime ens, est causa essendi omnium existentibus; ex quo inferat, quod hoc ipsum esse, quod habet materia prima, sequitur, derivatur esse ex primo essendi principio, quod est maxime ens.

Hinc in Concilio Generali Lateranensi IV. sub Innocentio III. cap. Firmiter sit. de summa Trinitate, pronuntiatur, quod Deus utramque de nihilo condidit creaturam, spirituales, & corporales, Angelicam videlicet, & mundanam.

XIV. Si queratur, an Deus omnia creaverit ex nihilo, an solum aliqua?

Respondet, non omnia creasse immediate ex nihilo, sed aliqua solum, mediate tamen ex nihilo omnia fecisse. Immediate quidem ex nihilo creavit Caelum, & Terram, quia ex secundum se tota, nempe tam formam, quam materiam ex nihilo fecit, immediate creavit Angelos, creavit, & adhuc creat animas rationales. Plantas autem, & cetera animalia (sicut & hominem) non fuisse immediate ex nihilo facta, quia ex Genesi constat, ea fuisse producta ex praesente materia, sicut & hominem factum de limbo terrae; ac multa quotidie producta, quorum productio non est propria nominis creatio, sed generatio. Mediate tamen omnia dicti possunt creata, & ex nihilo facta; quia nimirum, omnia, esse non secundum se tota, sed secundum aliquam partem ipsorum partem ipsi intinam, & essentialem, nempe materiam, ex nihilo facta fuerunt. Unde Div. Augustinus lib. 1. de Genes. contra Manicheos cap. 6. Et idem (inquit) Deus religiosus creavit, omnia de nihilo facta, quia esse omnia formata de ista materia facta sunt, haec ipsa materia traeta de omnino nihilo facta est.

S. IV.

Contrarium solutio.

XV. Obijciunt primo. Antiqui Philosophi reputabant ut primum principium, ex nihilo nihil fieri: sed Deus non potest facere contrarium primis principiis, puta, quod totum non sit majus sua parte, quod affirmatio, & negatio sint simul verae; ergo nec potest aliquid ex nihilo facere.

Confirmatur. Ex nihilo nihil concluditur per rationem; ergo ex nihilo nihil fit per naturam: nam concludere est aliquid fieri

fieri per rationem: esse autem per rationem consequitur esse naturae.

XVI. Respondetur, praesatum axioma verum esse de agente particulari, & agente per motum: hoc enim necesse est praesupponere subiectum suae actionis, ut dictum est, & hoc solum consideraverunt veteres Philosophi. Sed hoc locum non habet in prima emanatione ab universalis rerum principio. Ita S. Th. hac q. 45. a. 2. ad 1. & q. 3. de pot. a. 1. ad 1.

Ad confirmat. dist. confeg. per naturam particularem, & agentem per motum conc. conf. Per agens universale, & sine motu, neg. conf. Concludere unum ex alio se habet in actibus rationis, sicut movet in actibus naturae, eo quod in concludendo ratio ab uno in aliud discurrit. Et ideo sicut motus omnium naturalis est ex aliquo; ita & omnis conclusio rationis. Sicut ergo intelligere principia, quod est concludendi principium, non est ex aliquo, ex quo concluditur; ita creatio, quae est omnis motus principium, non est ex aliquo. Ita D. Th. q. v. de pot. a. 1. ad 1.

XVII. Obijciunt secundo. Creati est mutari: sed omnis mutatio involvit subiectum; ergo &c. Maj. prob. primo. Creatio est aliquid fieri: sed omne fieri est mutari: ergo &c. Min. probatur. Omne fieri est accipere esse post non esse, sive ex non esse, quia quod jam est, non fit. Sicut ergo, quia fieri per generationem, quia res fit ex non esse secundum partem sui substantialem, est mutatio; ita & fieri per creationem, quia res fit secundum totum, involvit mutationem.

Probatur secundo maj. Quod creatur aliter se habet quam ante, quia ante non erat ens, & dum creatur fit ens, aliter autem se habere ac ante, est mutari; ergo &c.

Probatur tertio. In creatione, aut est aliquid recipiens esse, aut nihil. Si nihil: ergo nihil constituitur in esse per creationem; ergo nihil fit. Si est aliquid; ergo hoc praexistit creationi, ut subiectum suscipiens esse.

Probatur quarto. Omne quod fit, antequam fieret, erat possibile esse, sed potentia ad esse involvit subiectum transmutabile de non esse ad esse; ergo &c.

XVIII. Respondetur negando maj. cum D. Thom. hac q. 45. a. 2. ad 2. & q. 3. de pot. a. 2. nisi fieri mutari sumatur improprie, & secundum modum concipiendi. Nam in omni vera & reali mutatione inveniri debet aliquid idem ens, quod aliter se habet nunc, ac prius, seu quod a non habere transit ad habere esse. In creatione autem, quia tota substantia productur, non potest accipi aliquid ens idem aliter se habens, ac prius; quia quod per creationem nunc fit, prius secundum totum non erat, vel nihil erat. Quare creati dicitur magis fieri, quam mutari, & creare magis dicitur facere, quam mutare; facere, & fieri dicit solum habitudinem causae ad effectum, & effectum ad causam: mutare vero, & mutari importat habitudinem quoque ad subiectum, seu ad aliquid, quod fuerit sub utroque extremo. Ex his ergo.

Ad primam prob. maj. nego min. ad prob. dico, quod creati est accipere esse, fieri fieri ex non esse secundum totum, unde non est nisi actio creativa, & terminus qui fit. At in generatione, quia fit aliquid secundum partem, hoc est secundum subiectum commune privationis, & forme; & ideo in eacreatione transitus, & mutatio. Ita ex D. Th. q. 3. de pot. a. 2. ad 2.

Ad secundam; nego anteced. vel potius suppositum antecedentis: quod nimirum in creatione fit aliquid idem commune subiectum, actu, vel potentia existens, quod de non esse ad esse transit. Vid. D. Thom. q. 3. de pot. a. 1.

Ad tertiam prob. Respondet D. Thomas mox citatus art. 1. ad 17. in creatione esse aliquid suscipiens esse, sed factum per creationem, non praexistens creationi: Deus enim simul dicit esse, producit id, quod esse recipit. Et sic non oportet, quod agat ex aliquo praexistenti.

Ad quartam prob. Respondet idem S. D. q. 3. de pot. a. 1. ad 2. negando absolute min. Antequam ergo mundus fieret, possibile erat, mundum esse: non tamen potentia in aliqua materia praexistente fundata: sed vel in non repugnancia praedicatorum essentialium, quae est potentia solum obiectiva; vel in potentia activa agentis, quia agens Deus poterat illum facere, & mundus poterat a Deo fieri.

XIX. Obijciunt tertio. Infinita distantia pertransiri non potest: sed inter ens, & nihil est infinita distantia; quia cum quanto potentia est minus ad actum disposita, tanto magis ab actu distat, fit, ut si omnino potentia subtrahatur, infinita figura distantia fit.

XX. Respondet D. Thom. hac 1. p. q. 45. a. 2. ad 4. majorem esse veram de distantia infinita positive, ita ut pertransiri debeat medium infinitum, non vero de distantia infinita quasi negative. Unde ait: Dicendum, quod obijctio illa procedit ex falsa imagine, ac si sit aliquid infinitum medium inter nihilum & ens. Quod patet esse falsum. Procedit autem falsa haec imaginatio ex eo, quod creatio significatur, ut quadam mutatio inter duas terminos existens. Notat tamen idem S. Doctor q. 3. de pot. a. 1. ad 3. & a. 4. ad 2. & q. 27. de veris. a. 3. ad 4. quod duorum ad invicem distantia potest tripliciter se habere. Uno modo quod fit ex utraque parte infinita, ut si unus haberet albedinem infinitum, & alius infinitam nigredinem, & haec non potest ullo modo pertransiri. Et hoc modo est infinita distantia inter esse divinum, & non esse simpliciter. Alio modo, ita quod fit ex utraque parte finita, sicut cum unus haberet albedinem finitum, & alius nigredinem finitum; & haec distantia potest pertransiri, & frequenter pertransitur. Et hoc modo esse creatum a non esse secundum quod fit, seu a non esse tale distat. Tertio modo, ita ut ex una parte sit finita & ex alia

infinita, ut si unus haberet albedinem finitum & alius infinitam nigredinem, & talis est distantia inter esse creatum, & non esse simpliciter; quia esse creatum finitum est, non esse autem simpliciter est infinitum in quantum omnino defectum, qui cogitari potest, excedit. Haec ergo distantia ex parte illa, quae finita est, transiri potest (quamvis haec proprie non fit transitus, hic enim solum est in momentis ipsum esse finitum, vel acquiri, vel perditur, non autem ex parte illa quae infinita est; unde ex non esse non potest transiri ad esse divinum. Haec D. Th. citatis locis iisdem ferè terminis.

XXI. Obijciunt quarto illud sap. 11. v. 18. de Deo dicitur: Omnipotens manus tua, quae creavit orbem terrarum ex materia invivis; ergo non ex nihilo, sed ex materia praesente creatus est mundus. Respondet, ibi fermonem non fieri de prima conditione mundi quoad primum, & substantiale esse, sed de secunda, quantum scilicet ad ornatum, & rerum distinctionem: haec enim facta sunt ex materia invita, seu informi prius ex nihilo creata, quae invita dicitur: eo quod, cum esset sine ornatu, ac distinctione sensibili, non erat digna videri. Quare S. Augustinus lib. 1. de Genes. contra Manich. cap. 5. Primo ergo (inquit) materia facta est confusa, & informis, unde omnia ferent, quae distincta, atque formata sunt, quae credo, a Graeci chaos appellari. Sic enim & alio loco legitur dictum in laudibus Dei: Qui fecisti mundum de materia informi. Quod aliqui codices habent, de materia indivisa. Et ideo Deus rectissime creditur, omnia de nihilo fecisse, quia etiam omnia formata de ista materia facta sunt, haec ipsa materia tamen de omnino nihilo facta est.

XXII. Querit D. Thomas hac q. 45. a. 3. an creatio aliquid fit in creatura. Cuius quaestio respondet, quod creatio fumi potest, vel active, ut se tenet ex parte Dei creatis; & sic nominat actiorem divinam (quam superius diximus esse actum imperii intellectus) quae est ejus essentia, cum relatione ad creaturam. Sed relatio in Deo ad creaturam non est realis, sed secundum rationem tantum. Ita art. citato ad primum. Vel fumi potest creatio passive, ut se tenet ex parte creaturae, quae creatur, & sic creatio in creatura non est, nisi relatio quadam (realis) ad Creatorem, ut ad principium sui esse. Ita idem S. Doct. articulo laudato in corpore. & probat: quia quod creatur non fit per motum, vel per mutationem, ut jam dictum est: sed, subtrahendo motu ab actione & passione, nihil remanet, nisi relatio, seu habitudo creati ad creatorem, ergo &c. Hoc idem demonstret q. 3. de pot. a. 3. Nam subtrahendo motu ab actione nihil aliud est, quam faciens, & factum ut esse accipiens: sed factum consequitur ex eo, quod factum quamdam relationem ad facientem dicit, pro ut habet esse ab ipso, & pro ut est ei simile quoquo modo; sicut in termino generationis humanae consequitur natus filiationem ergo creatio cum non possit accipi ut in moveri, quod est ante terminum motus, sed accipitur ut in facto esse, fit, quod in creatione non importetur accessus ad esse, nec transmutatio, sed solum incipitio essendi, & relatio ad Creatorem, a quo esse habet, & sic nihil aliud fit, quam relatio quadam ad Deum cum novitate essendi. Ita subtiliter S. Thomas paucis mutatis.

XXIII. An autem ista relatio sit indistincta ab ipsa creatura, & sit ipsa entitas creaturae, ut relatione dependentiae transcendentali Deum auctorem sui esse respiciens; an vero fit aliquid entitati creaturae superadditum, & ab ea distinctum de praedicatione relationis, probabilius iudicio & menti D. Th. conformius hoc secundum. Etenim q. de pot. a. 3. ad 3. dicit: Illa relatio accidentis est, & secundum esse suum considerata pro ut inharet subiecto, posterior est quam res creata, sicut accidentis subiecto intellectui, & natura posterior est, quamvis non sit tale accidentis, quod causatur ex principis subiecti. Si vero consideretur secundum suam rationem, pro ut ex actione agentis innascitur praesenti relatio, fit est quodammodo prior subiecto, sicut ipsa divina actio, quae est ejus causa proxima. Ex his patet, quid respondendum sit, si aliquis obijciat, creationem debere esse naturaliter priorem creaturae, quia per illam creatum habet esse: dicendum enim, creationem, seu relationem illam, quatenus ex actione Dei agentis innascitur, esse priorem re creatae, posteriorem vero comparata ad rem creatam, ut accidens ad subiectum cui inharet.

XXIV. Si ulterius queratur, an illa actio sit creatura; & si creatura, cur & ipsa illa relatione non referatur ad Creatorem? Respondet ad primum cum D. Th. q. 3. de pot. a. 3. ad 2. proprie loquendo non esse creatam, quia hoc solis substantibus proprie convenit, sed esse concreatam; nam accidentia, sicut per se non sunt, sed alteri insunt, sic nec per se sunt, & creatur, & creatur cum alio sunt, concreatur. Unde D. Th. hac q. 45. a. 4. Sicut igitur (inquit) accidentia & forme, & hujusmodi, quae non subsistunt, magis sunt concreatam, quam entia: ita magis debent dici concreatam, quam creatam. Ad secundum vero dico cum eodem D. Th. citata q. 3. de potentia ad 1. quod creationis relatio non referatur ad Deum alia relatione reali, sed simpliciter. Nulla enim referitur alia relatione, ut dicit Avicenna in sua Metaphysica. Sicut ergo actio, quia est ratio producentis alia, non producitur alia actione, ita relatio, quia est ratio referendi alia, non referatur alia relatione. At in hoc satis immorati sumus.



D O C T R I N A III.

An potentia creatandi, vel actus creationis sit alicui creaturae communicabilis?

S. I.

Cui sit connaturalis vis creativa.

I. Deo primo. Solum Deo connaturalis est vis creativa. Ita Div. Thom. hac q. 45. art. 5. Cui veritati omnes, ut puto, consentiunt. Est enim revelata in Scripturis, Ecclesiastici 1. ver. 8. Unus est Altissimus Creator omnipotens, Isai. 44. ver. 24. Ego sum Dominus faciens omnia, extendens Caelos solus, stabilis Terram, & nullus mecum. Quibus verbis eliminatur error quorundam Philosophorum, qui referunt Div. Thom. q. 3. de pot. art. 4. dixerunt: Quod Deus creavit creaturas inferiores mediante superioribus... & morantur ad hoc opinandum propter hoc, quod creabant, quod ab uno simplici non posset immediate, nisi unum provenire, & illo mediante ex uno primo multitudine procedebat. Hoc autem dicebant, ac si Deus ageret per necessitatem naturae, per quem modum ex uno simplici non fit nisi unum. Nos autem ponimus, quod a Deo procedunt res per modum scientiae, & intellectus, secundum quem modum nihil prohibet, ab uno primo, & simplici Deo multitudinem immediate provenire, secundum quod sua sapientia continet universa. Et ideo secundum fidem Catholicam ponimus, quod omnes substantiae spirituales, & materiam corporalem Deus immediate creavit, haereticum reputantes, si dicatur, vel per Angelum, vel per aliquam creaturam aliquam esse creatum. Unde Damascenus dicit: Quicumque dixerit, Angelum aliquam creaturam, anathema sit.

II. Hoc idem constantissime tenent Patres. Athanasius orat. 2. contra Arianos un. 21. probat, Filium Dei non esse creaturam, quia omnia per ipsum creata sunt: Quod si non per seipsum esse omnia, si ipsum quoque Verbum a rebus creatis esset. Nec enim, vel Angelus posset creare, cum ipse sit creatus; sicut ita sentierit Valentinus, Marcion, & Basilides, quorum hoc (Ariani) amulatores esset: alius quid opus fuisset Verbo; cum inferiora a superioribus effici queant?

III. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. pag. 65. ostendit contra Julianum Apostatam, repugnare, quod alicui creaturae vis creativa inhiat: Siquidem repugnat maxime gloriae praerogativa facultatem alicui inesse putare, & in lucem edendi, qua non erant. Neque enim fas est utraque parte, distantia autem esse rebus, & inestabilis naturae, ea posse naturaliter quibusdam inesse rebus ab ipsa conditis.

IV. S. Augustinus hanc veritatem passim conficitur Lib. 22. de Civitate Dei cap. 24. probat contra Platonicos, falso ab illis aliter: non ab illo summo Deo, qui fabricator est mundum, sed ab aliis minoribus, quos quidem ipse creavit, permisso, sicut iussa est animalia facta esse cuncta moralia. Hac praecipua ratione. Neque enim fas est, alius naturam, quamlibet minimam, moralisque, creaturam, nisi Deum, credere, ac dicere... Angelus autem, quos illi Deus liberatus appellat, etiam adhibent, vel iusti, vel permisso, operationem suam rebus, quae generantur in mundo; tamen non eos dicuntur creatores animalium, quia nec agricolae frugum, neque arborum.

Rursum lib. 9. de Genesi ad litter. cap. 15. Angelus autem (inquit) nullam omnino partem creare naturam: solus enim unus casualiter naturae, seu magis, seu minima Creator est Deus.

Præterea lib. 3. de Trinitate, cap. 8. loquens de malis Angelis, per quos Magi in Aegypto raris, & serpentes producerunt; Nec sane (inquit) creatores illi mali Angeli dicendi sunt; quia per illos Magi resistentes famulo Dei raris, & serpentes fecerunt: non enim ipsi eas creaverunt. Deinde ostendo, omnium rerum occulta femina in istis corporeis elementis Deum indidisse, ex quibus Demones ea facere poterunt, concludit: Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum, nec agricolae creatores frugum... ita non solum malos, sed nec bonos Angelos fas est, putare creatores, si pro subtilitate sui sensus, & corporis femina rerum nobis occuliora noverunt, & eo per congruas temporales elementorum latenter spargunt, atque ita signandarum rerum, & accelerandarum incrementorum, praebent occasionem.

V. Rationes autem, quibus Div. Thomas probat hanc veritatem, haec sunt. Prima tradit hoc art. 5. q. 45. sic: Actio, cui correspondet effectus universalissimus, est propria solius alicui universalissimae: sed actio creativa correspondet effectui ergo creatio est actio propria solius Dei. Maior videtur clarior; oportet enim, universaliter effectum, in universaliter, & oportet eas reduci. Min. probatur. Inter omnes effectus universalissimus est ipsum esse, quod omnia pervadit, maximo si producatur esse absolute, non in quantum est hoc, vel tale: sed hoc modo correspondet actio creativa; ei enim non correspondet solum secundum rationem determinatam, puta equi, leonis &c. eo modo, quo correspondet causis particularibus, sicut dum ex praesente materia generatur ignis, leo, equus, ubi generans dat materiam esse ignem, leonem, equum: sed secundum se totum, hoc est, secundum omnia, quae esse habent, nedum quod esse determinatum forma, sed materiam; nam esse annihilandum destrueret totum esse, illudque redigeret in nihilum; ita creando producit totum esse, & totum extrahit a nihil.

IV. Hinc concluditur alia ratio. Illius causae proprium est creare, quae sola, non indiget alia, potest totum esse quod est in re, producere, & totum redigere in nihilum: sed fo-

lus Deus, qui est causa suprema, hoc potest: aliae enim causae, quae non sunt Deus, nedum indigent Deo ut causent, sed nec totum esse, quod est in re, producunt, aliquid enim eius producendum supponunt in materia, vel subiecto; ergo &c. VII. Rursum, illius solius proprius effectus est esse, cui forma agendi est ipsum esse, sed solius Dei forma agendi est ipsum esse, cum solus ipse essentialiter sit id, quod est, ut ostendimus ergo &c. Quare causae creatae, esto materialiter, & identice producant sui effectus esse tales, vel tales, non tamen esse absolute, & ut distinguatur a nihilo est terminus formalis actionis earum.

VIII. Tertia ratio indicatur a Div. Thom. hoc art. 5. ad 3. illi soli naturaliter convenit creare, cui naturaliter convenit virtus infinita: ad creandum enim virtus infinita requiritur; sed soli Deo naturaliter convenit virtus infinita; ergo &c. maj. probat. ratio major virtus requiritur in agente, quanto potentia est magis remota ab actu, ergo virtus agentis est nulla praesupposita potentia, quale est agens creatum, erit infinita. Antec. patet. Ideo enim major vis calefacit requiritur in calefaciente lignum viride, quam secum, quia in ligno viridi potentia est magis remota ab actu caloris. Confeg. vero probatur. Distantia infinita perit in agente, ut cum superet, virtutem infinitam: sed inter nullam potentiam ad actum, quam supponit creatum, & aliam potentiam, quam praesupponit agens naturale, nulla est proportio; ergo infinita distantia; ergo &c. & sic, esto aliqua potentia determinata distat ab actu, seu esse; nulla tamen potentia infinita distat ab actu, seu esse.

IX. Haec ratione infinita distantia inter nihilum, & esse finitum, non est ratione rei factae, sed termini in quem definit distantia, sed ratione termini a quo, quia non est reperit, unde incipit illa distantia: & sic nunquam incipit, & si nunquam incipit, ex parte termini a quo est infinita, quae ex hac parte non habet terminum. Quare, ut superius dictum est, inter Deum & nihil est infinita distantia ex parte utriusque termini, a quo, & ad quem: ad inter nihilum & creatum est infinita distantia ex parte termini a quo, non tamen ex parte termini ad quem. Unde D. Th. q. 3. de potentia art. 2. ad 2. ait: Nihil prohibet, aliquam distantiam imaginari infinitam ex una parte, & ex alia finitam. Ex utraque autem parte infinitam imaginari distantiam, quando utrumque oppositorum ponitur infinitum. Data a se sit calor, & frigus infinitus: ex parte autem altera, quando alterum est finitum, sicut si calor esset infinitus, & frigus finitum. Distantia ergo infinita erit: a non esse simpliciter, est infinita ex parte finitum, distantia autem erit finita a non esse simpliciter est infinita ex non parte finitum, & requiritur nihilominus potentiam infinitam agentem.

X. Ex hac doctrina apparet, ad creandum requiri potentiam infinitam, non ex parte rei factae, quae finita est, sed ex modo faciendi ex nihilo, quia licet determinari possit, ubi terminet, non tamen unde incipiat; ideoque distantiam infinitam ex termino a quo importat. Virtus enim faciens non solum consideratur ex substantia facti, sed etiam ex modo faciendi: major enim calor non solum magis, sed etiam citius calefacit. Quarevis igitur crearetur aliquid effectum finitum non demonstrat potentiam infinitam: tamen creatio ipsa ex nihilo demonstrat potentiam infinitam. Ita Div. Thom. hac q. 45. art. 5. ad 3. Quia ratione non solum maxima sed & minima creaturatum, non ab alio, quam a solo Deo creari potest. Quare infinitas in creatore, non ex re, quae fit, sed ex modo faciendi, qui in omnibus aequalis est, pensatur.

S. II.

An vis creativa ab aliqua creatura participari possit?

XI. Deo secundo. Nulli creaturae communicari potest vis ad principialem creandum. Ita D. Thom. q. 3. de pot. art. 4. qui ait, quod per hanc modum posterius quidam Philosophi, quod intelligentia prima sunt creatrices secundarum per virtutem causa prima in eis existentem. Qui addit: Et hoc facti libelularia principium, dum ipsi creati subsistant, quasi creatrices aliarum, laeva cultus exhibebantur.

XII. Adversus hanc opinionem, & pro nostro, communique affecto sunt omnes auctoritates Sacrae Scripturae, dicta Patrum; quin & rationes superius allatae, quae, si bene persentur, probant, nullam creaturam posse principaliter creare, nedum virtute sibi connaturali, sed etiam a Deo ipsi communicata. Quod enim proprium Dei est, pro ut Deus est, solum esse, pro ut est agens infinitae virtutis, nulli creaturae potest principaliter communicari.

XIII. Difficultas est, an saltem possit communicari creaturae a Deo virtus ad creandum instrumentalem. Hoc referent S. Thomas, tum hac q. 45. art. 5. tum q. 3. de potentia art. 4. ut possibile aliqui assentiantur. Nimium, quod esto creatio sic propria actio universalis causae, tamen aliqua inferiori causaturam, in quantum agit in virtute primae causae potest, quam opinionem, ait, fecerunt fuisse Avicennam, Immo & Magistrum sententiam in 4. dist. 5. S. 3. dum ait, quod Deus potest creaturae communicare potentiam creatandi; ut creet per ministerium, non propria auctoritate. Negant tamen cum Div. Thom. laudato, Secus, alique multi, cum quibusdam.

XIV. Dico tertio. Fieri non potest, ut creatura aliqua assumatur a Deo, tanquam instrumentum ad creandum. Probatur primo ratione D. Th. hac q. 45. art. 5. causa secunda instrumentalis non participat actionem causae superioris, nisi in quantum per aliquid sibi proprium dispositio operatur ad effectum principalem agentis: Sed ad effectum creationis, seu proprium Dei creatis; nihil potest cooperari dispositive, cum sit illud, quod

quod praesupponitur omnibus aliis, scilicet esse absolute, & creatio non sit aliquo praesupposita; quod possit disponi per creationem instrumentalem agentis; ergo impossibile est, quod alicui creaturae conveniat creare etiam instrumentaliter, sive per ministerium, & praecipue si fit corpus: Cum enim nullum corpus agat, nisi tangendo, vel movendo, requirit in sua actione aliquid praesens, quod possit tangi, vel moveri, quod est contra rationem creationis.

Majorem explicat S. Thom. Si enim causa instrumentalis nihil sibi ageret secundum illud, quod est sibi proprium, frustra adhiberetur ad agendum. Nec oportet esse determinatam instrumentalem determinatam ad agendum. Sic enim videmus, quod securus secundum lignum, quod habet ex proprietate sua forma, producit formam formam, quae est effectus proprius principalis agentis.

XV. Hinc rationi non modice occurrunt difficultates. Prima, cum recte quidem concludere de instrumentis naturalibus, quae natura sua habere debent determinatam virtutem, ratione quibus sint determinata instrumenta determinatam actionem, quod bene ostendit exemplum securus, quae nisi haberet vim sciendendi, frustra adhiberetur ad formandum scamentum. Non autem concludere de instrumentis adhibitis ad effectus supernaturales: in his enim sufficit potentia obediencialis, quae possit elevari ad quocumque effectum, ad quos nullam ex se dispositionem vel cooperationem habent, cum Deus ut possit quocumque ad quocumque.

Secunda difficultas est: quia in instrumentis elevatis nulla actio propria requiritur, quae praevie operetur circa subiectum, in quo ponitur effectus principalis agentis, nec quod illud tangant, aut in illo intet, sed sufficit quod existendo in alio, seu operando circa illud, producant effectum ubi non est: ut aqua Baptismi, quae operans circa corpus illud abluendo, producit gratiam in anima, in qua ipsa aqua non est. Ex quo inferitur, quod similitudo potest operari, ubi nihil est, & ubi nihil praesupponit de eo, quod operari debet, quia si non est necesse, ut dispositive operetur circa rem faciendam, sed sufficit, ut disponat, & operetur circa aliquid, hoc ad effectum creationis imperinenter se habeat.

XVI. Haec tamen vim rationis D. Thomae non infirmant. Non primam. Fator enim, Deum non sic uti instrumentis, quasi illis indiget, sicut artifex indiget ferra, ut faciat scamentum, & proinde instrumenta vivit virtutis non assumuntur, ut sint necessaria Deo ad suum effectum, qui sicut per aquam baptismalem abluat animam, ita sine aqua illam potest abluere. Negari tamen non potest, quin instrumenta a Deo assumantur, ut cum eo communicent in operando, eisque suam virtutem, aut potentiam illi communicent, ut vere operetur per illa (sicut Princeps loquitur per interpretem, aut scribit per alium) & si physica instrumenta sint, ut ex ipsis physice egrediantur, & operentur effectus. Si enim se habent mere passive, aut per modum vehiculi deferentis actionem principalis agentis, aut per modum causae solum moralit, ad cuius praesentiam, aut meritum ex Dei voluntate, ut pacto oritur effectus, hic certe unice soli Deo correspondebat, & nullo modo instrumentis. Necessario ergo est, quod instrumentum physicum operetur quidem, ut inferius, & modo inferiori ad principalem agens; sed tamen quod effectus principalis agentis non ab ipso solo, sed etiam ab instrumento, ut sibi tamen subordinated, actione aliqua proxime physice oritur, & procedat. Porro cum de ratione instrumenti physici, qui talis, si agere circa aliquid subiectum, illudque immutare, non vero subiectum ipsum producere, quod ad creationem essentialiter requiritur, patet, creaturam ullam assumi non posse, ut instrumentum physicum ad creandum.

XVII. Neque obstat secundum. Non enim dixit D. Thomas, quod instrumentum debet operari aliquam dispositionem ad effectum principalem agentis, sed solum quod instrumentum debet operari dispositive ad effectum principalis agentis: id est non ex parte rei operatae, sed ex modo operandi ministerialis, & quasi preparatoris. Ex quo inferitur, quod instrumenti operatio circa quocumque subiectum, sive sit subiectum, in quo ponitur effectus principalis agentis, sive alio, semper se se exercet modo sibi proprio, nempe immutativo, non factivo subiecti, de alio, non de nihilo.

XVIII. Secunda ratio est. Operatio instrumenti, & omnis actio causae creatae est accidens distinctum a substantia agentis, quae licet in agente inchoetur, consummatur tamen in passio; ergo necessario debet habere subiectum prius saltem natura, quam sit effectus, in quo actio subiectetur, & sicut exerceat causalitatem; ergo repugnat, eam esse actionem creativam; quia haec nullum supponit subiectum. Hanc rationem tradit D. Thom. q. 3. de pot. art. 4. Unde solum in faciendo aliquid recipientem materiam non requirit, cuius actio non est accidens, sed ipsa substantia sua, quod solus Dei est, & ideo solus Dei est creator.

XIX. Tertia ratio sumitur ex D. Thoma loco citato. Ut creaturae communicare vis ad creandum etiam instrumentalem, deberet ei communicari vis infinita, sed haec non potest &c. ergo &c. maj. prob. deberet ei communicari virtus proportionata distantia, quae est inter esse simpliciter, & esse nihil; quia potentia faciens proportionata debet distantia, quae est inter id, quod fit, & id, ex quo fit. Quanto enim frigus vel hominibus est, & a calore magis distans, tanto majori virtute caloris opus est, ut ex frigido fiat calidum; sed non esse simpliciter in infinitum ab esse distans, quod ex hoc patet. Nam a quolibet ante determinata plus distans non est, quam quilibet ens, quantumcumque ab alio ante distans invenitur. Ergo ex omnino non ens aliquid facere, non potest esse, nisi potentia infinita. Ita S. Thom.

Gen. Theol. Tom. 1.

Vel ergo hoc instrumentum creationis attingeret rem creatam actione causae principalis; & haec cum fit in modo operandi infinita, non potest creaturae communicari. Vel actione distincta; & illa, cum fit accidens debet supponere subiectum, non illud facere: & cum fit finita non potest proportionari distantiae infinitae; quae est inter id, quod fit, & illud, ex quo fit. His paucis verbis tota vis rationis D. Th. concluditur.

S. III.

Contraria proponuntur, & solvantur.

XX. Multa sunt, quae obijci solent. Primo. In Creatore Nihil saltem instrumentale non est necessaria virtus infinita; ergo poterit communicari creaturae. Ant. prob. non requiritur virtus infinita nec ex parte facti, nec ex parte distantiae terminorum: haec enim non est maxima distantia. Etenim major distantia est non entis contradictionem implicantis ab ente; quam non entis absolute ab eodem ente, quia ex illo nihil omnino fieri potest, ex illo autem per Dei potentiam fit aliquid.

XXI. Confirmatur. Quanto major est resistentia ex parte facti, tanto major virtus requiritur in faciente, sed plus resistentia contrarium, quam nihil; ergo majoris virtutis est facere aliquid ex contrario, quam ex nihilo: sed ad faciendum aliquid ex contrario non requiritur virtus infinita; ergo neque ad faciendum aliquid ex nihilo.

XXII. Respondeo primo, haec nimis probare: probant enim, nec requiri virtutem infinitam in Deo creatore principaliter. Nego igitur antecedens: sim enim ostendemus est, ad creandum infinitam virtutem requiri, non quidem ex parte facti, sed ex modo faciendi ob distantiam terminorum, a quo, & ad quem, quae est infinita saltem negativae. Neque obstat, quod opponitur. Non enim verum est, quod magis distat ab ente non ens implicans contradictionem, quam non ens simpliciter: utrumque enim: scilicet non ens, seu nihil, & ens opponitur contradictorie, sicut affirmatio, & negatio, quae est maxima oppositio: quod ex utroque tamquam ex termino a quo (est non illud, quod implicat contradictionem), potest aliquid fieri; ex neutro vero fit aliquid tamquam ex materia, seu subiecto.

XXIII. Ad confirm. dist. min. plus resiste, quasi per accidens, conc. min. per se, nego min. Ita sumitur ex D. Th. 1. part. quest. 45. art. 5. ad 2. contrarium enim supponit subiectum, eisque resistentia in hoc solum consistit, quod contrariis dispositionibus impedit, & quasi ligat potentiam passivam, ne potentia active subiciatur. An non ens nullum dicit subiectum, seu potentiam passivam, in quam agat: Multo autem major virtus requiritur in agente; ut ex nulla potentia fiat aliquid, quam ut fiat aliquid ex potentia ligata: & ideo major virtus requiritur ad faciendum aliquid ex nihilo, quam ex contrario.

Hanc repositionem aliter terminis explicat Sanct. Doct. q. 3. de potentia art. 4. ad 16. Quod in actu post artem diffinitur dupliciter, uno modo ex hoc, quod patitur resistit contra agendum, & hoc non est in omnibus generale: sed solum in his, quae mutuo agunt, & pariter ad invicem... alio modo, qui generalis est, secundum quod patitur elongatur ab actu. Quanto enim potentia magis elongata ab actu invenitur, tanto major est difficultas in actione agentis. Unde cum magis elongatur ab actu purum non ens, quam materia quocumque contrario subiecta, quantumcumque intenso, manifestum est, majoris esse virtutis producere aliquid ex nihilo, quam facere contrarium de contrario.

XXIV. Secundo obijciunt varia exempla. Primo. Sacramenta sunt causa instrumentalis physica gratiae, quae tamen creatura.

Secundo. Verba Sacerdotis elevarunt ad causandam transubstantiationem panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Christi, qui effectus longe mirabilior est, & majorem requirit virtutem, quam simplex creatio rei naturalis, puta formica.

Tertio. Incarnatio elevatur, & difficilior est, quam creatio: sed aliqua creatura elevari potest ad producendam instrumentalem Incarnationem; ergo &c.

Quarto. Potest creatura elevari ad annihilandum, ergo & creandum.

Quinto. Ad faciendam miracula, quae omnem naturae vim superent potest creatura instrumentaliter elevari; ergo & ad creandum.

Sexto. Ignis Inferni agit tamquam Dei instrumentum in Dæmones, & animas damnatas, & agit a pari.

Septimo. Causa naturalis corruptens species Eucharisticae producit ex toto novum aliquid Corpus: ergo per creationem, cum nihil supponatur, nec materia: haec autem sola creatio produci potest.

XXV. Resp. omnia haec supponere subiectum in quo, & circa quod creatura agit, quod non est contra rationem instrumenti, sicut esset, si alumeretur ad creandum, cum creatio nullum supponat subiectum: ideoque si assumatur, ut instrumentum ad creationem, illud est instrumentum, & non effectus: illa esset creatio, & non effectus. Ut tamen sigillatim respondeamus.

XXVI. Ad primum nego, Gratiam creati, sed proprie infundi; & quodammodo ex potentia obedienciali animae educi. Deinde dato, quod gratia creetur, creatura a solo Deo, & Sacramento sunt instrumenta physica, non ad producendam gratiam entitatem, sed ad gratiam corpori communicandam: sicut generans hominem est causa communicans corpori animam rationalem a solo Deo creatam.



XXXVII. Ad secundum dico, opus transubstantiationis esse quidem mirabilis ex parte facti, non tamen ex parte modi operandi, quia non ex nihilo, sed ex aliquo, nimirum ex pane, fit: ideoque requirit quidem virtutem infinitam in causa principali, non tamen in causa instrumentali, quae elevari ad agendum quidem supra se, sed non contra modum suum.

XXXVIII. Sed dices. Transubstantiatio est actio, in qua non est accipere aliquod subiectum, ut docet D. Th. 3. p. 9. q. 75. a. 8. Et tamen ad eam datur instrumentalis causa per elevationem; cur ergo non etiam ad creationem poterit dari? Insuper per transubstantiationem producitur totum ens, tota semper substantia corporis Christi; et tamen ad eam instrumentali concurrens creatura: cur non ad creationem?

Respondet D. Th. citatus ad primum: Quod in reducendo ad suam praesentiam ea, quae sunt ad finem, et ideo non est impossibile per actionem alicujus cooperari Deo, ad hoc, quod res aliqua in esse ultimam reducatur: sed in universali educatione rerum in esse nihil praesupponitur; et ideo non est simile. XXXVII. Dices. Nihil, & aliquid plus distant, quam, aliquid, & esse; cum nihil, & aliquid nihil habeant commune, aliquid autem sit entis pars: sed Deus facit creando, ut quod nihil erat, aliquid fiat, & per consequens, quod nulla potentia fiat aliqua potentia ergo multo amplius facere poterit, quod aliqua potentia terminata, cuiusmodi est potentia creaturae, fiat omnipotentia, infinita, & quod creet. Ita contra se D. Th. laudato loco.

Cui respondet. Ad quintum dicendum, quod aliquid dicitur non posse fieri ab aliquo, non solum propter distantiam aeternitatis, sed etiam propter hoc, quod omnia fieri non possunt, nisi dicantur, quod ex aliqua corpore non possunt fieri Deo, quia Deus omnia fieri non potest. Sic ergo dicendum, quod ex aliqua potentia non potest fieri omnipotentia, non solum propter distantiam virtutis, sed etiam propter hoc, quod omnipotentia omnia fieri non potest. Nam omnia quod sit, parva actus esse non potest; cum ex hoc, quod ex alio esse habeat, potentia in eo apprehendatur. Et ideo non potest esse potentia infinita.

XXX. Ad quartum, duplici via responderi potest. Primo negando ant. com D. Th. 3. p. 9. q. 13. art. 2. & qu. 5. de potentia art. 3. ad 15. equaliter negant, creaturam posse aliquid in nihilum redigere, ac posse aliquid de nihilo facere. Quia annihilare non est agere, sed non agere, seu ab agendo cessare, ad non agere autem non datur causa instrumentalis. Ad quid enim daretur? An ad attingendam subtrahentem divini concursus conservantis creaturam? At si ita esset, deberet agere in ipsum Deum, quod nemo dicit.

Secundo admisso antecedente, negari potest consequ. Nam ad annihilandum praesupponitur aliquod subiectum, quod cum creatura attingeret prius, defendendo simul cum Deo illud conservare, rueret in nihilum. At in creatione nullum praesupponitur subiectum.

XXXI. Ad quintum pariter dico; Miracula praesupponere materiam in qua fiunt; ideoque bene parari possunt per creaturam virtute sibi a Deo collata. Sed creatio nullam materiam supponit.

XXXII. Ad sextum similiter dico; ignem inferni hoc posse, quia supponit subiectum, in quod torquendo agat: & licet non habeat ad illud proportionem potentiae ad obiectum, habere tamen potest divina virtute proportionem agentis ad patiens, & adesse convenientia entis ad ens, & creaturae ad creaturam: quod in creatione non contingit.

XXXIII. Ad septimum nego antec. Causa enim naturalis species Eucharisticae corruptens, & ex illis aliud corpus generans, hujus corporis materiam non creat, sed hac a solo Deo creatur. Vel ut probabilius iudicat S. Th. 3. p. 9. q. 77. a. 5. in corpore, in illo genito quantitas specierum tenet locum materiae: in ipsa enim Consecratione miraculese datur quantitas dimensura panis, & vini, quod sit primum subiectum subsequentium formarum... & ideo quicquid potest generari ex materia panis, vel vini, si adesse, totum potest generari ex praedicta quantitate dimensura panis, vel vini; non quidem novo miraculo, sed ex vi miraculi prius facti. Adde hanc instantiam si bene inspicatur, nimis probare, probatur enim creaturam, ut causam principalem, & naturaliter posse creare.

XXXIV. Tertio obijciunt. Deus potest facere, quod homo generet hominem, & ignis ignem; ergo etiam quod Angelus Angelum; sed Angelus nequit fieri nisi per creationem; ergo &c.

Confirm. Lux spiritualis est potentior, quam corporalis: sed lux corporalis est ipsam multiplicat; ergo Angelus, qui est lux spiritualis secundum Augustinum, lib. de Genes. ad litter. imperf. cap. 5. potest se ipsum multiplicare; sed hoc non facere potest, nisi creando.

XXXV. Respondeo primo, hoc probare, quod sicut homo naturaliter potest generare alium hominem: ita Angelus potest naturaliter creare alium Angelum. Secundo nego consequentiam. Nam productio Angeli, utpote rei immaterialis, cup non supponat subiectum, circa quod exerceri possit, cuiusque, solo Deo excepto, impossibilis est. Generatio vero hominis, & exterorum praesupponit materiam, circa quam operatur. Neque sequitur, Angelum, ex quo perfectior sit homine, & potentior, posse producere sibi simile in substantia: hoc enim quod est generare sibi simile, folius viventibus corruptibilibus convenit: eo quod, cum eorum species in uno individuo non possit perpetuo conservari, comantur aliquei perpetuitatem media plurium propagatione.

Ad confirm. respondeo cum D. Thom. quae. 3. de potest. art. 4. ad 6. quod lux corporalis multiplicat se, non per creaturam, sed per seipsam.

si non nova lucis, sed diffundenda se super materiam, quod de Angelis dicit non potest, cum sine substantia per se fiat. XXXVI. Quarto obijciunt. Eodem modo, & ordine, quo res exeunt a primopincipio, reordinantur in ultimum finem, cum idem sit primum principium, & ultimus finis; sed inferiores creaturae ordinantur in Deum sicut in finem mediantibus superioribus creaturis; ergo iidem mediantibus exeunt a primo principio, & his mediantibus creatur.

Respondet D. Th. citatus ad primum: Quod in reducendo ad suam praesentiam ea, quae sunt ad finem, et ideo non est impossibile per actionem alicujus cooperari Deo, ad hoc, quod res aliqua in esse ultimam reducatur: sed in universali educatione rerum in esse nihil praesupponitur; et ideo non est simile.

XXXVII. Dices. Nihil, & aliquid plus distant, quam, aliquid, & esse; cum nihil, & aliquid nihil habeant commune, aliquid autem sit entis pars: sed Deus facit creando, ut quod nihil erat, aliquid fiat, & per consequens, quod nulla potentia fiat aliqua potentia ergo multo amplius facere poterit, quod aliqua potentia terminata, cuiusmodi est potentia creaturae, fiat omnipotentia, infinita, & quod creet. Ita contra se D. Th. laudato loco.

Cui respondet. Ad quintum dicendum, quod aliquid dicitur non posse fieri ab aliquo, non solum propter distantiam aeternitatis, sed etiam propter hoc, quod omnia fieri non possunt, nisi dicantur, quod ex aliqua corpore non possunt fieri Deo, quia Deus omnia fieri non potest. Sic ergo dicendum, quod ex aliqua potentia non potest fieri omnipotentia, non solum propter distantiam virtutis, sed etiam propter hoc, quod omnipotentia omnia fieri non potest. Nam omnia quod sit, parva actus esse non potest; cum ex hoc, quod ex alio esse habeat, potentia in eo apprehendatur. Et ideo non potest esse potentia infinita.

QUESTIO II.

De Principio durationis rerum creaturarum.

Deum, & quidem solum fuisse omnium rerum Creatorem, ac primum omnibus essendi principium, offensum est. Nunc de Principio durationis earum agere intendimus: an scilicet res istae creatae habuerint initium sui durationis, sicut illud habuerunt sui esse, ita ut aliqua fuerit duratio, qua solus Deus abque ulla creaturam fuerit: an vero nullum habuerint sui durationis exordium, sed ab aeterno Mundo coexistere Deo, factis tamen ab ipso. Et hoc cum D. Th. 3. p. 9. quae. 46.

DEBIVM I.

An universales Creaturarum semper fuerint?

S. I.

Veterum opinio.

I. Materiam Deo coaeternam fuisse, neque a Deo, factam, ex qua Deus considerat mundum, & ea, quae in mundo sunt, docuerunt antiqui Philosophi, & ex his Hermogenes, quem errorum Quae. precedenti Dub. 2. s. 1. retulimus, & ex Tertulliano reseravimus. Nunc non de materia sola, sed de tota rerum Universalitate, nempe de generibus, ac speciebus, quae mundi universitatem constituent, sermo erit: an haec a Deo in tempore creatae fuerint, an vero ab aeterno, & semper fuerint.

II. Platonici, ut refert S. August. lib. 10. de Civit. Dei c. 31. mundum esse aeternum, a Deo tamen factum, existimabant (quod de Diis quoque dicebant): ac propterea habuissent quidem sui esse initium, non tamen sui durationis. Quod ita explicabant, teste S. Augustino. Sicut enim, inquit, si per se aeternitate semper fuisset in pulvere, semper ei subsisteret vestigium; quod tamen vestigium a calcante factum nemo dubitaret, nec alterum altero prius esse, quamvis alterum ab altero factum esset; sic, inquit, & mundus, atque in illo dicuntur, & semper fuerunt, semper existere qui facti, & tamen facti sunt.

Quia vero assererent, haec existimantem moti, quod cum Diis eorum; & anima ipsa in sempiternum sit duratura; putabant, nisi quod semper antea fuisset, sempiternum desinere esse non posse.

III. Sic eos perstringit S. Doctor supponendo animam modo esse miseram, & poenae futuram beatam. Nunquid vero, si anima semper fuit, et poenae miseriam eius semper fuisse dicenda est? Porro si aliquid in illo, quod ex aeterno non fuit, esse cepit ex tempore, cur non fieri poterit, ut ipsa esset ex tempore, quae antea non fuisset? Quia vero responderet poterant, miseriam non semper futuram; & ideo non oportere, ut semper, & ex aeterno fuerit; eos sic aggreditur. Beatusdus eius (animae) post experimentum malorum fuerit, & sua sine mansura, sicut ille (Plato) confiteatur, procul dubio cepit ex tempore, & tamen semper erit, cum antea non fuerit. Ergo omnis argumentatio dissoluta est, qua putatur, nihil esse posse sine fine temporis, nisi quod initium non habet temporis. Invenis est sine anima beatitudo, qua cum initium temporis haberet, suam temporis non haberet.

IV. Item lib. 11. de Civit. Dei cap. Quia aliqui negabant, mundum conditum fuisse in tempore, ne viderentur admittere in Deo mutationem, quasi venisset illi in mentem, quod nunquam ante venisset, nimirum facere mundum, & illi acciderit voluntas nova. Eisdem aggreditur praefato exemplo animae, quam Deo coaeternam ponebant. Unde enim acciderit illi.

illi nova miseria, quam nunquam aeternae habuit? Si alternatim ferper ejus miseriam, & beatitudinem dixerint; ergo semper erit alterutra; ergo nunquam fuit, nec erit beata, si dum fuit, est & erit beata, praevidebit suam futuram miseriam; ergo falsa opinio fuit beata. Si dicant, ab aeterno alternatim quidem animae beatitudinem, & miseriam, sed nunc iam de aeterno, cum fuerit liberata, ad miseriam non reditura. Quae ab eis, an hujus novitatis causa sit Deus suo aeterno consilio, sed sine Deum multo ab excogitavit. Si hoc secundum dicant, scilicet Deum motabilem, cum in eo novum consilium, & novam potentiam de temporanea animae beatitudine voluntatem, quod ipsis displicet. Si vero dicant Deum suo aeterno & invariabili consilio & voluntate in tempore transire animam de miseria ad beatitudinem: quare non potuit eodem suo invariabili consilio & voluntate animam ipsam, & mundum universum transferre de non esse ad esse?

V. Porro, quia alii dicebant, quod si Deus fecisset mundum solum in tempore, infinita spatia temporis ante mundum fluxissent, in quibus Deus nihil operatus fuisset; Deus autem nunquam cessavit ab opere.

Contra inquit cap. 5. lic. Sicut mundum conditum in tempore infinita temporis spatia praecessit excogitavit, in quibus cessavit Deus ab omni opere: ita nunc mundo condito, infinita saeculorum spatia extra mundum excogitare possimus, quae ab hoc mundo non replentur, & in quibus Deus non operatur, nisi dicant, Deum non unum, sed infinitos mundos produxisse cum Epicuro, ergo fecit salvant, Deum esse omnipotentem, est non operetur in omnibus locis, quae cogitari possunt extra mundum: quare non salvabitur Deus omnipotens, est non fuerit operatus in omnibus temporis spatia mundi temporaneam productionem praecedentibus? Ita egregie ac subtiliter Augustinus ultra Platonicos, & forte etiam Origenistas, Nam

VI. Propter hanc eandem rationem mundum esse aeternum existimavit Origenes lib. 1. Periarchon ut refert Julianus Imperator epist. advers. Origenis errores tom. 3. Conc. Harduin. column. 275. his verbis: Quoniam igitur nunquam fuisse omnipotens, aeterna hoc esse dicit, propter quae omnipotens est. Erant igitur semper ipsi dominio subiecti, ipso usque principio. Et rursus eodem libro: Genera omnia, & species semper erant: non ita de singularibus differentibus numero dixerit quilibet. Verum tamen utriusque declarantur, Deum non fuisse creatum initium, quae aliquando fuerit in otio. Ex quo suum palmarum errorem habebat, nimirum, quod animae humanae, quae ejusdem naturae cum Angelis assereret, propter peccata, quae ante mundi, & corporum conditionem patravissent, destruis fuisse in corpora; in illis purgari, purgatas liberari, ac liberatae felices iterum fieri, donec novorum peccatorum merito, rursus essent alligentur. Quare nullam habebat ponat beatitudinem, sed perpetuum spirituum circum, & felicitatis, ac miseriae alternationem. Ex quo etiam nascebatur, quod nec poenae, nec felicitatis futurae essent aeternae; unde inferbat Demones, ac damnatos in melius fore commutandos, eorumque poenas aliquando finituras. Hisce tamen dimissis, Catholicam & communem veritatem statuamus.

S. II.

Afferria Catholica.

VII. Dico. Universalitas creaturarum non semper fuit, seu mundus ab aeterno non fuit, sed coepit esse. Hoc testatur Scriptura: Dicit enim Sapientia Prover. 8. ver. 22. Dominus possedit me initio viarum suarum antequam quidquam faceret a principio v. 23. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquo antequam terra fieret v. 24. nondum erant abyssi, & ego jam conceperam eam; necquam fontes aquarum exierant. Et ego jam verbis ostenditur, fuisse durationem, in qua sapientia aeterna erat: & non solum quidem creaturam esse, & proinde res creatas non semper fuisse, sed esse coepisse.

VIII. Hoc idem confirmavit Christus Joann. 17. ver. 5. ubi ad Patrem ait: Et nunc clarifica me tu Pater apud eos, quos clarificasti, quam habui priusquam mundus esset apud te. Et ver. 24. dilexisti me ante mundi constitutionem. Apostolus etiam ad Ephes. 1. v. 4. Elegit nos (inquit) in ipso ante mundi constitutionem. Hac etiam pertinet, quae scribitur ad 1. Tim. 1. v. 9, & ad Titum 1. ver. 2. ubi dicit, gratiam, & spem vitae aeternae datam fuisse nobis ante tempora saecularia. Quibus alitque accedit definitio Concilii Lateran. IV. sub Innoc. III. cap. Firmiter, tit. de summa Trinit. Et ubi statuitur, quod Deus sua omnipotenti virtute, simul ab initio temporis, utramque de nihilo condidit creaturam, spirituales, & corporales, angelicam videlicet, & mundanam.

IX. Quod si velimus causam investigare, cur mundus ab aeterno non fuerit, aliam rationem invenire non possumus, nisi voluntatem Dei, ait Div. Thom. hoc art. 1. quae. 46. 1. par. Cum enim absolute loquendo non sit necesse, Deum velle aliquid nisi seipsum, sed circa omnia alia a se summa libertate, & independentia se se exercere, non est necessarium Deum velle, quod mundus fuerit semper, sed antequam mundus esset, quatenus Deus vult illum esse, cum esse mundi ex Dei voluntate dependeat, sicut ex sua causa: non est igitur necessarium, mundum semper esse.

X. Ita quoque rationatur 2. contra Genes. cap. 31. offendens, non esse necessarium, universitatem creaturarum, vel aliquam ex eis ab aeterno fuisse. Hanc enim necessitatem, vel habere ex se, vel alio, Ex se quidem eam habere non potest, quia nulla creatura habet esse a se, & consequenter non habet a se necessitatem essendi, cum sit a se contingens

esse, vel non esse. Si vero haec necessitas est ab alio, oportet, quod sit ab aliqua causa, quae sit extrinseca; quia quidquid accipitur intrinsece in creatura, ab alio est, & proinde de contingens esse, vel non esse. Porro causa extrinseca, vel est efficiens, vel finalis. Non potest autem efficiens habere necessitatem essendi ex causa efficiente, nisi necesse sit, causam efficientem agere ad esse productionem: atqui Deus, qui est causa creaturarum, non agit ex aliqua necessitate ad productionem creaturarum, sed libere necesse, creaturam ad productionem ergo non est absolute necesse, creaturam esse necessitate dependente a causa efficiente. Nec etiam necessitate dependente a causa finali. Ea enim, quae sunt a fine, necessitatem a fine non recipiunt, nisi secundum quod finis sine eis, vel non potest esse, sicut conservatio vitae sine cibo, vel non ita bene esse, sicut iter sine equo: ac finis divinae voluntatis, ex qua res in esse processerunt, non potest esse aliud, quam sua bonitas, quae quidem a creaturis non dependet, nec quantum ad esse, cum sit per se necesse esse; nec quantum ad bene esse, cum sit per se perfecta simpliciter; ergo non est absolute necessarium creaturam esse, nec necessarium eam ponere ab aeterno; sed tunc, cum divina voluntati placuit ex sua bonitate illam ponere. Cum ergo in suis Scripturis revelaverit nobis, sibi placuisse eam ponere, non ab aeterno, sed in tempore suo initio temporis, dicendum, creaturam universitatem non semper, & ab aeterno fuisse, sed in tempore esse coepisse.

IX. Observa tamen idem S. Doct. qu. 3. de potest. art. 17. quod aliter dicendum est de productione unius particularis creaturae, & aliter de eorum totius Universi a Deo. Cum enim loquimur de productione alicujus singularis creaturae, potest assignari ratio, quare talis sit, ex aliqua alia creatura, vel factum ex ordine Universi, ad quem quilibet creatura ordinatur, sicut parit ad firmam totius. Cum autem de toto Universo loquimur, educendi in esse, non possumus ulterius aliquid creaturam invenire, ex quo possit sumi ratio, quare sit tale, vel tale. Unde cum nec etiam ex parte divinae potentiae, quae est infinita; nec divinae bonitatis, quae rebus non indiget, ratio determinata dispositionis Universi sumi possit, oportet, quod ejus ratio sumatur ex simplici voluntate producentis, ut si quarenam, quare quantitas Caeli sit tanta, & non major, non potest hujus ratio reddi, nisi ex voluntate producentis. Ita Div. Thom. quod confirmat auctoritate Rabbi Moysis, addens: Non enim potest assignari ratio, quare talis stella rarietur a tali distet, vel aliqua inusmodi, quae in dispositione Caeli consideranda occurrunt, nisi ex ordine sapientiae Dei.

Dato tamen, quod possit reddi ratio, cur tali naturae, puta Caeli, debeatur talis determinata quantitas, ejus natura sic exigente, & Subdit. Non sic autem potest dici de tempore, vel temporis duratione. Non tempus potest dici de tempore, vel tempore, unde non potest dici quod tempus, sicut & locus. Unde non potest dici quod tempus, neque ubi consistat naturam Caeli (cum semper motus, & tempus succedat tempori) Unde patet, quod ex simplici Dei voluntate dependet, quod praeseratur Universi determinata quantitas durationis, sicut & determinata quantitas dimensionis. Unde non potest necessario concludi aliquid de Universi duratione, ut per hoc ostendi possit demonstrative, mundum semper fuisse.

S. III.

Veterum argumenta pro Mundi aeternitate.

XII. Plura congerit Div. Thomas, quibus Veteres forte movebantur ad mundi aeternitatem asserendum. Nam haec qu. 46. art. 1. decem afferit, qu. 3. de potentia art. 17. tringinta in 2. dist. 1. qu. 1. art. 5. quatuordecim, & lib. 2. contra Genes. cap. 23. & 33. octodecim. Nos aliqua proponemus, caetera citatis locis perquirendi studio relinquimus.

XIII. Primum ergo obijci potest. Vel Deus potuit, & voluit universitatem creaturarum semper fuisse, vel potuit, & non voluit, vel voluit, & non potuit, vel neque potuit, neque voluit. Si potuit, & voluit, ergo fecit, nam voluntas ejus est causa rerum. Si potuit, & non voluit; ergo est invidus; si voluit, & non potuit; ergo est infirmus; idemque est, si nec noluit; nec potuit.

Respondet, quoniam esse dubiam, poterit hic mundus ab aeterno creari, (de quo Physici, & nos aliqua inferius dicemus) an non. Si non potuit creari, Deus non potuit, nec voluit facere, ut mundus semper esset. Neque tamen sequitur, quod Deus sit infirmus, quia hoc non est defectus potentiae in Deo; sed ex impossibilitate rei factibilis procedit: cum impossibile sit, aliquid esse ab aeterno; & esse ab alio factum. Si autem mundus potuit ab aeterno creari; Deus potuit illum ab aeterno creare, sed noluit. Neque tamen propterea est invidus; quidpiam enim non facere, quia non deest, sapientiae est, non invidiae.

Adverto tamen cum S. Th. qu. 3. de pot. art. 17. ad 22. quod esse simile argumento utatur D. August. lib. 2. alias 3. contra Maximinum cap. 6. ad probandum, Filium Dei esse Patri coaeternum, & coequallem, nimirum, si potuit talem Filium producere, & non voluit; ergo fuit invidus: si non potuit, infirmus. Si noluit, invidus invenitur. Haec tamen ratio non est efficax de modo (inquit D. Thom.) quia cum natura Filii sit eadem cum Patre, requiritur aequalitatem, & equalitatem Patri, quae si filii habebaturus, invidus esset. Non autem hoc requiritur naturae creaturae. Et ideo non est simile.

XIV. Sed contra dices primo, Quidquid fit, in natura creaturae requirit semper fuisse, hoc tamen requirit natura Dei. Quod probat. Deus ab omni aeternitate est causa in actu; ergo